





I. PICI
DE MORTE CHRISTI
BONONIAE
GUICCIARDINI
3
5
50











Ioannis Francisci Pici Mirandulæ de morte Christi & propria cogitanda libri tres. Eiusdem de stūdio diuinæ & humanæ philosophiæ libri duo.



IOANNES FRANCISCVS PICVS MIRANDVLA HIERONYMO SAVONEROLAE FERRARIENSI ORDINIS FRATRVM PRAEDICATORVM SERVANTISSIMO.S.P.D.

VERITVS Sum pater religiosissime ne ingrati nomē aufugiens eiusdē notæ discrimen icurrerim: Siquidem Ioanni Pico patruo uita functo: qui multa in me beneficia contulit: gratias referre nixus Dei beneficium ipsius etiam opera ad nos delatum præteriui silentio: Nam in recupandis uulgandisq; litterariis illius monumentis nullo certe non præconio maioribus atq; etiam scribenda uita tutandisq; nonnullis methaphysicis dogmatis totum hoc ab eius obitu consumpsi bienniū: Taciturnus interim tam & si non oblitus diuini muneris. Quapp & leonis sniam considerans docentis non esse uerecūdæ sed ingratæ mentis tacere diuina bñficia: & pariter aīaduertens si flagitium existimatur cœlasse alios quæ pertinent ad salutem corporibus conciliandā in eum qui absconderit anthidotum aī seuerius uindicandum censeri: uenit ī mētem quicquid ex hoc concepi emolumēti si palam facerē posse me simul & id ipsum in alios deriuare: & collato deitus beneficio partim ēt satisfacere: Quippe ob mortis Christi & propriæ cōsiderationē a me habitam aspirante deo optimo maximo intercedentibusq; patrui monitis cū prolatis coram tū repetitis per eplas effectum fuit: ut posthabitis honoꝝ ambitu regum fauoribus popularibus auris atq; id genus cæteris quæ christianam uitam aut labefactant aut oīo molliunt breui gyro mea uota sepserim intra desideria naturæ contentus. Dicato igitur opere utranq; mortem prosecutus sum diuturnum silentium redimens: Et eo pſertim consilio ut ingrati animi labem si qua contracta esset pro uirili abstergerem: & inuitarem legentes hac bipartita recordatione ad bene uiuendi semitā uel capessendam uel concitatius percurrendam: Quod equidem simulac dare in publicum constitui te potissimū delegi in cuius noīe appareret: Nō qđ mihi uideretur dignum

tua in litteris præstātia tua uitæ sanctimonia: Sed ut iusto ti-
bi iure debitū: Id nāq; nobis sæpe tribuisti unde ad ipsum elu
cubrandum excitaremur: Plurimaq; spiritualia bñficia es im-
partitus: Quo factum ut eadem fere rō quæ ad cudendū me
illud impulerit ut idem tibi dicarem obstrinxerit. Accessit &
alia causa neruosior sane atq; potentior: Tua℞.s. pcum suffra
gia: Quibus apud Deum cupimus adiuuari in consequendis
ampliter retinendisq; ipsarum cognitionum fructibus: quos
iam degustare occepi: & aliis insinuans stilo manifestaui: Mul
tos.n.uidimus qui cum recte uiuēdum aliis suasissent id ipm
postea sibi non psuaserunt: Tū q frequenter a moribus dog-
ma dissentit: tum q oēs cum ualemus (ut ille inquit) recta cō
silia ægrotis damus. Quare cū alicūde mihi petendū eēt auxi
lium ad te uentum est pater optime: uti ad eū quo adhuc (fa
cessat adulatio & absit inuidia uerbo) & doctiorē simul & pru
dentiorem & moribus sanctiorem cognoui neminē: Quibus
si propheticum addidero spiritū quo pditus calamitates futu
ras quæ iam impendunt iam imīnēt diuino iussu auribus Ita
liæ atq; utinam nō surdis insonuisti extra omnem fuerit con
trouersiam si quid tuis pcibus diffidam me magnopere aber-
rare. Librum igitur hunc nostrum eo animo quo nos soles su
scipe: Cumq; totum plegeris (si tñ per occupationes licebit)
fratribus tuis ut legendum tradas exopto: Qui si tecum inter
legendum qđ offendat inuenerint: id totum primis & iuuen-
tæ annis & lucubrationum condonent rudimētis: ignoscant
quoq; non tam celeritati conficiendi operis (id enim quadra-
gesimum circiter absolutum est diē) q̄ emittendi cupiditati.
Neq; enim cum pietatis officium & utilitatem eam pensarem
quæ sententias contemplanti si modo christianam simplicita
tem minus fastidiant affutura est Horatiano dogmati acquie
ui ut libellum hunc tot apud me premi mēses uoluerim: quot
ille annos præcepit. Vale. in tuis ad deum pcibus memor mei
Mirandulæ. xiii. Kl'as Nouembris. MCCCC. nonagesimo
sexto.

Index Capitum totius operis.

Capita primi libri.

Prohemium.

Capita secundi libri.

IO.FRANCISCI PICI MIRANDVLAE IN LIBROS DE MORTE CHRISTI ET PROPRIA COGITANDA PROHEMIVM.



MNES Ferme prisci temporis homines q̄ sapientes uulgo censebantur summū illud bonū ad quod anhelat tota natura qua potuere ratione uestigauerunt: Diuersa tamē ꝑ arbitrio de ipsius & natura & sede sibi statuerunt: aliis relicta ueri semita per ꝓruptas rupes confragososq; calles id ipsum perquirentibus: Aliis ꝓpriis inuentis gaudentibus atq; in uoluptatum cœno se mersantibus. Et q̄q̄ inter hanc philosophantium turbam nonnulli fuerunt: qui deuium & distortum iter magna ex parte deserentes recto proxime applicuerint congenito lumine ferente opem: Omnes tamen obsepti caput ignorantiæ nube a uia ꝑfectæ uirtutis aberrauerunt. Quamobrem & iure quidem ĩ cogitationibus suis cunctos euanuisse Paulus apostolus iudicauit at promulgatis præceptis diuinæ legis per Mosem Abrahæ posteritati q̄ & Dei purissimus cultor extiterat & cū eo fœdus sempiternū inierat: Copiosus ueritatis splendor tam & si quadā umbra circundatus affulsit orbi: Quē tamē intueri potuerunt uniuersæ gentiū nationes: Ne aut sub idoloꝝ cultura crassissimis obtectæ tenebris in ꝓceps ruerēt: aut solo humani intellectus hebeti fulgore contentæ ad solis iustitiæ radios cæcutirent. Illius. n. legis ope fœlicitatis uere imago adūbrata tñ apparere hoībus occæpit. Sed nec hebreoꝝ populus cui data lex illa peculiarit̄ fuit dignas diuino munere retulit gratias: Quādo quidē alienos deos adulterinosq; sequutus sūmi & ueri Dei iugū excussit: Ipsumq; demū ducē & in lege & in ꝓphetis ipsius spiritu afflatis ꝓmissum cuius uestigiis ad beatitudinem ꝑducentibꝰ insistere debebat hoc est xp̄m Dei filiū uerū Deū uerūq; hoīem obstinatione & inuidia neglexit irrisit crucifixit. Vnde ob tot ꝑpetrata facinora merito reprobatus: ē & nos electi: Qui. s. xp̄ꝫ colimus: atq; ꝓ reseranda cæli ianua ob Adæ scelus occlusa sūma qua genus hoīuꝫ charitate ꝯplectit̄

sponte & libētissime crucifixū credimus. Hic disclusis umbris & uelamētis antiquæ legis finē nostrꝝ nō antea plene patefactū mūdo reuelauit: summā illū dūtaxat trinitatē eē psonarꝝ docens. in diuinæ essentiæ unitate indiuidua. Quæ purgatissimis mentibꝰ & cerni dabit̄ & possideri: Ad quem ēt ꝯsequēdū duo necessaria eē tradidit: Amorē uidelꝫ Dei & ꝓximi: ex qbus tota penderet lex: & ueluti de perēni fonte bonorꝝ omniū operum fluenta decurrerent. Hæc aūt duo ut facilius & copiosius comparari possent cum alii alia in suam utilitatē excogitauerint aliosqꝫ docuerint & mihi idem cogitanti meditanti assidue primū Ioannis Pici patrui monitis deinde experientia cōstiterit potissimam ad hoc uim illud habere si mortem xp̄i iugiter memoria repeteremus: Nostramqꝫ identidem quæ futura est & uelocissimis aduentat cursibus cogitaremus: Id ipsum aliis insinuare dignum duximus: Rati ea quæ & per se sunt bona & aliquibus plurima adiumenta contulerint non posse etiā sanæ mentis hoībus non placere ut patefiant: nec non displicere ut sileātur. Suffragatur nobis & euidens rō: qñ ex una uerus paritur amor quo nulla uis in hoīe potentior: ex altera timor quo nulla frenantior: Quæ duo apprime nobis sunt necessaria: Quippe post primi parentis peccatum humana mens hac illac raptatur & discerpitur a parte sensili: quæ semper aduersus spiritum obuitiatæ naturæ fomitem concupiscit. Diuiditur autem sensilis hæc pars in appetentiam: cuius amor: & ī irascentiam cuius timor. Affectio primaria est. Hæ cum brutæ sint & rationis expertes fallanturqꝫ ob id mirum immodum: oportunum uidetur īmo necessariuꝫ ut duabus quasi pedicis cohibeantur. Ad retundendam igitur illius petulantiam & effrenatam libidinem: huius īmanitatem & feritatem contūdendam alteri ꝓponi oportere iudicaui qd amandū sit. alteri p̄stituere quid timendum: ut nec illa noxiū pro salubri appetat: nec bonū hæc pro malo formidet: sed pari īter se ꝯcordia rōni deseruiāt & famulēt̄. Quo circa tris libros destinauimus huic numeri: In primo monstrabimus opæp̄ciū eē ut aīa xp̄m crucifixū meditetur: eumqꝫ ꝓ amussi sibi ꝯstituat q̄ cūcta opa dirigat: ne uel aliquid deliret in appetēdo. In secūdo hoc idem

quantum.s. ad timorem pertinet de mortis ꝓpriæ cogitatiõe tractabimus: ut irascentiæ uis intra lemites debitos cohercea tur: Ex his conuelli extirpariq; & disperdi uitia in uniuersum: uirtutesq; eorum loco nec impendio plantari pro uirili docen tes. Demum applicabimus manus tertio: in quo demonstrare quo ad poterimus enitemur ex iugi utriusq; mortis cogitatio ne & uitia cuncta speciatim singulatimq; explodi immo pror= sus eliminari posse: & uirtutes acciri facillime inserendas men ti ut copiose fructificent: Hasq; ipsas meditationes ad ea quæ credere debemus quæ sperare quæ operari maximo esse no= bis adiumento palam faciemus: nec non & ad amandum De um & proximum ualidissime nos impellere. Sed quẽadmodũ in primis ceu per cõmunia quædam id factitabitur rationibus interdum ex philosophorum theologorumq; pœnu deprom ptis ut eruditis mos geratur: Ita in ultimo cum facilioribus ar gumẽtis: Tum particularius eadem prosequemur ut quibusli bet satisfiat. Sed iam recidentes præfationis moram primum librum aggrediamur.

❡ IO. FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DE MORTE CHRISTI ET PROPRIA COGITANDA LIBER PRIMVS.

Caput primum. Cunctis rebus in esse amorem.

P ERVETVS ET TRITA SENtentia est cunctorum in litteris bene audientium consensu recepta & confirmata: inditũ eẽ amorem rebus uniuersis: Nec modo substantiis ultramũdanis a materia sensili prorsus abiunctis: sed hoĩbus: sed brutis: sed plantis etiam atq; ipsis inanimis: Quæ quãq̃ cognitionis & sensus penitus sunt expertes: ipso tamẽ genuino amore ĩtraneæ formæ conserto propriam sedem & locum: quo conseruent̃: satagũt adipisci: Sic ignẽ leuitate sua in supna ferri: Terrã suopte pondere petere centrum: Sic stirpes ramos in aerem mittere: radices in terram figere perspicimus. Hunc amorem seu appetitum (Promiscue. n. de utroq; locuturi sumus) naturalem appellauere: illum sensilem: qui propriam apprehensionem seq̄tur: nec tamen a rationis examine profluit: Qualẽ cernimus ĩ brutis: q̃ concito præcipitiq; cursu concupitas res tumultuanter petunt: & quas: posa sunt: fugiunt: Hominis amori rationalis appetitus nomen imposuere: utpote quem ratione moderamur: atq; in libra appensum oportuna cõsideratione perpẽdimus: quo flectere debemus. Intellectualis amor ab initio spiritibus separatis obtigit: Quorũ ob sṗbiã multi in caliginosi huius aeris baratrũ infernasq; sedes corruerunt: Reliquis in gratia firmatis & beatudinem perpetuam cõsecutis: Qui quãto sunt perfectiores: tanto uehementiori amoris impetu feruntur in Deum: Cui non modo cõuenit amor: sed & ipsissimus ẽ (ut ita dixerim) amor & charitas infinita: fonsq; totius amoris & origo: Qui cum sit summũ bonum: se ipsum summe diligit Quando qdem amoris obiectum (ita. n. recẽtiores appellãt) bonum existere non ambigitur. Cætera uero in tantum diligit: inquantum sunt bona: si quidem ab ipsius intellectu & uoluntate essentiam bonitatemq; accepere.

Amor naturalis.

Sensilis.

Rationalis.

Intellectualis.

Diuinus

Amorem esse primum aīæ motum. Item aīam humanā sicut & alia naturaliter deum supra oīa diligere. Cap. ii.

c Aeterū amor rōnalis aīæ de quo reliquis omissis ī his libris potissimū uerba facturi sumus inter cæteros eiusdē motus (sic enim motum & Aristoteles & nostri theologi usurpāt) principem obtinet locum: Præsupponiturq; uti radix & seminarium unde reliq profluunt: Nunq̄ enim peragere quiremus aliqd nisi ab amore puocaremur: Nam & desideramus bonum amatū & gaudemus lætabundiq; exultamus uel adepti iam uel sperantes. Præterea nec mœremus nec tristamur nisi cū ipsum aut acquisitum amittimus aut cum nos spes consequendi frustrat̄. Ipsa uero anima quæ se intelligit diligitq; cum propriam naturam considerare incipit protinus congenita intellectus uirtute se summum non esse bonum perspicit: Immo multa ignorantia obtenebratam multis pssam calamitatibus: Quo fit ut ui uoluntatis bonum semper flagitantis sitibūda moræq; impatiēs ad ipsum summum bonum quærendum transferatur: Bonū inquam quod prærebus omnibus in uotis esse prisci illi sapientes Aristotele auctore definierunt: Quodq; ut diuinus docet Dionysius ad sui amorem conuertit omnia. Relicta enim rebus uniuersis in ipsa creatione atq; ortu scintilla quædam & portio (ut ita loquar) diuinitatis ē: Qua & ipsam quærāt: tāq̄ id cuius benigna largitate fluxerunt: Eandemq; sicut effectus causa; sequant̄: Amando uidelicet & imitādo pro naturæ capacitate. Verum in ipsa summi boni ɔcupiti uestigatione plurima se offerunt animæ diligenda: Tum q; boni aliquid possident: Tum ob similitudinem quandam & eiusdē naturæ participationem: Quādo quidem ab eodem principio ea deriuata in lucem & ad eundem finem tendere percipit: Quæ secundum diuersos naturæ gradus cum diuersis etiam perfectionibus donentur: eadem proportione eodemq; tenore ab ipsa distortis affectibus non inquinata diliguntur: In quibus tamen nec fugit gradum nec hæret inuestigio: Q m̄ eadem ut summum Deum lucrifaciat oīo post habet: Quem supra se ipsam

ne dum supra cætera diligit & æstimat: Nam qđ alterius cu-
iuspiã magis ꝙ̄ sui ipsius est in illud potius naturali fertur amo
re ꝙ̄ in se ipsum: Cernimus enim sentimusq; partes ipsas ne to
tum illud cuius sunt partes periclitetur & pereat laboribus di-
spendiis & internitioni se exponere: Legimus pro tuenda pa-
tria alios strenue bellando inter hostes confertissimos oppetiis
se: Alios sibi certam elegisse atq; consciuisse mortem: Quin ẽt
ipsa manus ad detrimenta corporis summouenda promptissi
me occurrit ipso id quandoq; non cogitante cuius est manus:
ut.s.in se potius excipiat irrogatos ictus ꝙ̄ totũ ipsum uulne-
retur: grauioremue in alio membro principaliori faciat iactu-
ram: & sane nihil aliud nobis insinuatur cum fusti petẽti caput
manum ire obuiam perspicimus ꝙ̄ desiderium quod sibi natu
ra ingenuit tutandi conseruãdiq; maioris boni præse dilecti.
Sed cum Deus bonum ipsum sit & cõmunius excellentiusq;
ꝙ̄ aut dici possit aut excogitari: sub quo & aĩa & omnis creatu
ra continetur: Quæ hoc ipsum quod est dei esse omnino am-
bigi non potest: Colligi oportet quod sumus ꝓsequi Deũ.s.
a creaturis cũctis ne dum ab aĩa præ se ipsis & diligi & coli.

¶Q đ ĩ amãdo sæpissime nos ipsos fallimus & qũo. Cap.iii.

RErum enim uero in angelis qui peccauerũt rectus
uoluntatis ordo confusus & dissipatus est: Qui tã
diu in primo homine de limo terræ formato man
sit integer ꝙ̄ diu summi dei mãdatum custodiuit:
Eundẽq; transfudisset in posteros si illud irritum non fecisset:
At ob inobediẽtiæ patratum scelus uitiata natura originaliq;
iusticia deperdita particulare bonum concupiscimus & sequi
mur nisi diuina nos clemẽtia adiutet: & qui natura integra nec
aliquo paterni sceleris contagio maculata supernaturalis gra-
tiæ additamento ferebamur ad amandum deum præomni-
bꝰ(: & si opus haberemus ipsius auxilio ut ad id moueremur:)
nunc læsa & ægrotante opitulante semper eo naturæq; me-
dente indigemus: Quo factum ut in amando multifariam
falli possimus: Atq; in primis non flagitando diuinã opem:

Qua respuere ualeamus falsa bona: Quæ caro ipsa spiritui ꝓponit & administrat continue: atq; etiam ut acceptet bellum mouet: Quippe ꝙ ei subiecta eē nolit: sed semper rebellis & infesta fit: utpote quæ a primi patris obedientia se ab eo tempore subtraxerit quo ipse diuinis præceptis audiens non fuit. Ludificamur etiam ob nimias passiones quibus allucinantur perstringunturq; mentis oculi: unde persæpe malum ꝓ bono captamus: Nam in quocūq; malo & inest & cernitur aliquid boni: Alioquin nequaq̄ malum desideraremus ꝯcupiremusq;: qm̄ nemo malum qua malum est diligit aut affectat cum præter uoluntatem sit auctore Dionysio. Illius ergo apparētis boni specie decepti sæpe mortiferum pro nectare uenenum bibimus: Particulareq; bonum multa malitia admixtū auide haurimus: summoq; bono præferimus illecebris uoluptatis deliniti. Hinc accumulamus diuitias tanq̄ non morituri: Hinc uolutabro uitiorum mergimur obliti uirtutum quibus iter ē ad fœlicitatem: Nutrimus corpus & excolimus: animam posthabemus & negligimus: Cæterum & hac ratione deludi possumus si ualet bona ipsa ad consequendum summum bonū cōducentia ueluti uirtutes (quibus omnino nobis opus est) pro summo bono colamus finem ultimum nobis ipsas praestituentes: aut affecti studio famæ perpetuæ aut alia quapiam affectione inordinata: Quibus efficitur ut sæpius modo huc modo illuc pro libidine sensuum exorbitemus.

Maiumin bono esse. Dionysius.

¶Obiectū aliquod animæ assignari oportere quo in ꝯtēplādo & amādo deo iuuet: Alioqn eā facile decipi. Cap. iiii.

AD hos igitur euitandos errores oportet finem nostrum ante oculos habeamus: Quoniam ex fine apprehenso nascitur amor: indeq; operationes & officia suboriuntur: Sed cum summum illud bonum quod semper anima cōcupiscit & sequitur iuncta corpori nō nisi post mortem possidere possit ideoq; in eo quærendo uel a malo uel a multis bonis sed creatis & nō summis distrahat̄ ꝓ præsentis uitæ conditione (ut sumus ante præfati) & sæpis-

fime ardentius q̄ oporteat eisdem inherendo decipiatur: a ue
roq; bono excuciatur: laborare operæprecium est ut a salutari
bus pestifera secernamus: Q đ optime cōsequemur: si locum
aliquem delegerimus & assignauerimus animæ quo se con-
ferre possit post quotidianas imo singulis momētis angustias
emergentes tanq̄ in portum tutissimum & propriam sedem:
Quam non adepta mœreat: Quam consequuta quiescat: in-
star rerum naturaliū: quæ in proprio loco quiescunt: Ab eoq;
cum abducuntur utpote uim perpesse illuc se transferre mo-
liuntur: sed & unūquodq; propriam exercet operationem ex
speciei principiis ꝓfluētem. Bruta & enim (ut mox diximus)
insitos & insculptos habent a natura appetitus infensa cauen
di & ꝓsequendi salubria: Habet & hominis uoluntas suam in
clinatiōem amorem. s. quem suum esse pondus Augustinus
aiebat: eoq; ferri quocūq; ferebatur. Proprius uero animæ lo
cus (: utimur quippe corporeorum methaphoris ad spiritualia
indicanda:) is est a quo per creationem prodiit: Cum eius fœ-
licitas nil sit aliud q̄ in deum summum bonum reditus & qes:
Siquidem in eo & intelligendo & amando beatur: Dum uero
mortali degit in corpore terrena prægrauata molle peccatoꝝ
quoq; sordibus labefactata propriam sedem ingredi non po
test: Alio quopiam loco & proprio propinquiori q̄ fieri possit
indiget: unde scilicet sibi procuratura sit aliquid quietis & pa
cis: speq; interim gauisura: quousq; desiderium illud beatitudi
nis ardentissimum expleatur: Præclare enim secum agi puta
bit si hoc beneficio diuina gratia donetur: ut postq̄ in hac ui
ta fœlix esse non potest immo nec forte uacua magna semper
suspitione infœlicitatis: umbram quādam beatitudinis & ima
ginem assequatur: atq; in primis obiectū sibi præstituat: quo
& in contemplando amandoq; Deo & in euitandis demonū
insidiis iuuari possit. Similis quippe mihi uidetur anima dum
in hoc corpore peregrinatᷣ cuipiā uolucrū quā mille q̄rāt insi
diis aucupes irretire si mō aerios tractus deserat cœliq; regio
nes mortalibꝫ iacceffas: Nā sicut ea si terrā petat aut uisco aut
laqueis aut retibꝫ facile capitᷣ: haud secus illa cū ꝓprium obie
ctū relinqt descēdens. s. ad hæc mūdana: auro ꝑdiis ābitione

Augusti
nus.
Proprius
animæ lo-
cus & fœli-
citas.

Nota simi
litudinem.

Monachi ægyptii. Cassianus

corporeis uoluptatibus illecta diaboli laqueos subit uel difficillime euadit. Hunc prope īmodum sanctissimos illos monachos in ægyptiis heremis degentes de animæ stabilimēto tulisse sententiam Cassiano auctore comperimus: Aiebāt enim mentis aciem ad rectum esse dirigēdam: futurūq; necesse mētem ipsam mutari pro incursuum uarietate transformariq; in illum statum: Qui sibi primus occurreret nisi haberet quo recurreret: cui ue principaliter inhæreret.

¶ Obiectum illud quod animæ proponi debet Christum eē & hunc crucifixum & mortuum. Cap. v.

Damascenus. Plato Aristoteles

QVale autem sit obiectum illđ quod sibi præstituere debeat aīa nūc exequendū. Diximus locū eius (ita enim libitum appellare id cuius ope quiescat & beetur:) deum eē: Aliumq; illi proximum a nobis in pſentia quæri oportere: Cū eo ipsa frui pfecta nō possit dum corpori corruptioni obnoxio manet agglutinata. Quāq̄ enim auctore Damasceno innatum sit omniū mentibus quasiq; insculptū esse deum: Idemq; sit a Platone prius deinde ab Aristotele tam in physicis q̄ in prima phīa probatum (: Vt nostros theologos sacrasq; litteras omittam:) Per quos non solū id ipsum nouimus: sed etiam didicimus trinitatem esse psonarum in una & indiuidua essentia quæ est unus & uerus Deus: Adhuc tñ intellectus humanus tanta in luce cæcutit: sempq; caligabit donec exutus carnea deciduaq; toga gloriæ lumine pfundetur: Dei enim natura cū īcorporea sit simplicissima & infinita: dum sublunarem hanc regionem incolimus cogitatibus nostris imperuia est. Tum quia omne id quod de ea possumus concipere īmensum excedit (ut diuinus docet Dionysius): Tum quia sine phantasmatum adminiculo non intelligimus: ut scribit Aristoteles & docet experientia. Quaprop̄t ad Christum imaginandum & hunc potissimum crucifixū recurrendum est: facilius quippe passionem illius meditati eandemq; animæ proponentes ueluti obiectum circa quod uersetur in bonitatis dei cognitionem deuenimus. Quam licet pro

Dionysius. Aristoteles

be nequeamus ut in se est comprehendere: possumus tamen in Christo animaduersam & mente & imaginatione locupletius retinere: Nec propiquius Deo obiectum inuenire possumus: cum & ipse Christus sit deus & homo nostræ infirmitatis medicus & iam deperditæ libertatis assertor: Quem ut est homo considerantes propriæ naturæ uires nõ supgrediemur sed manu ducemur ad ipsum qua deus est clarius cognoscendum: ipsiusq; beneficia cum multa tum maxima q̃ in nos extiterunt uberius perpendenda. Diuina quoq; clementia infinitaq; prouidẽtia factum putauerim ut non solum Christi morte nobis aditus præstetur ad Cælum ut scilicet dei & hominũ mediator sit eo modo quo scribi est solitum: sed ut etiam tendentibus in supernam hierusalem tanq̃ dux itineris in mente resideat: Qui & dei bonitatem humanum genus miseratam i illius morte summe relucentem manifestet: & inter nos & deũ sensus & spiritum confortans medius existat. Et enim sicuti uidemus opus eẽ hominibus obtutu hebetioribus ocularíis specillis grossiores earum quæ uidentur rerum speciem reddentibus: quibus uisui uel forte ob senium caliganti uel aliam ob causam adumbrato opitulentur: Ita nos crucifixi Christi iugi imaginatione indigemus: Qua ea quibus sumus cumulati beneficia alioquin ob deprauationem uolũtatis & intellectus parum pensata & expressius & copiosius eluceant: nec ab hoc studio remotos fuisse ægypti monachos: imo huc omnes uires intulisse: omnes intendisse neruos cõperimus. Statuerunt enim sciri oportere ubi mentem nostram debeamus habere defixã & ad quam destinationem animæ reuocare intuitum: Quam cum mens obtinere posset gauderet: & a qua distracta in se doleret suspiraretq;: Totiens se a summo bono recessisse sentiẽs: quotiens se ab illo intuitu deprehenderet separatam: fornicationem iudicans uel momentaneum a Christi contemplatione discessum: A quo cum paulum deuiaret obtutus rursus ad eum cordis oculos dirigendum: uelutq; rectissima linea mentis aciem reuocandum esse. Didicerunt quippe sanctissimi illi homines ex internis externisq; bellis quibus iugiter exagitabantur quantum opum & uirium ex Christi meditatione sibi

Ex Christi passione bona plurima

Nota similitudinem.

Aegyptii monachi.

Ioannes

Apostolus.

congregarent ad resistendum nequitiis spiritalibus. Verum enim uero & hac ipsa cogitatione similes nos cælestibus ciuibus fieri perspiciemus: si quod agunt illi ĩ superna pr̃ia & quã uiuunt uicturiq; sunt uitam fuerimus contemplati. Egredientur (inquit Ioannes) & egredient: & pascua inuenient diuinitatem scilicet Christi & humanitatem cõtemplabunt: & utrobiq; lætabuntur sũmo animi gaudio summaq; pace. Christo ergo pro nobis mortuo reddentes amoris uices summã ipsius clementiam admirabimur: Maximam pacientiam mansuetudinemq; obstupebimus: & hac exercitatione cum intellectus tum uoluntatis excitati concalefactiq; ad amoris rapiemur fastigia atq; ad actionum obeunda munera ultro & ardenter ꝓperabimus: Donec tandẽ corruptibile hoc (ut ait apostolus) induat incorruptionem & mortale immortalitatem.

Multas ob causas Christum meditandum cogitandumq; esse: inibiq; de diuersis iniqui demonis insidiis. Cap. vi.

Sed cũ habitus (ut Aristotiles docet) qualitas sit: quæ facile non potest a subiecto dimoueri: Qua itẽ uel bene uel male disponimur ad quidpiã agendum: opus eo nobis est: ut Christũ fixe facile & cũ dectleatione cogitemus: Nec ob id solum ut informemus mẽtem hoc est partem animæ abiunctã ab organo corporeo: Verum etiam ut sensibiles potentias uestiamus: totumq; corpus armemus: Pertinet enim ad ĩtellectum habitus pertinet & ad sensum. Pridem quippe eorum explosa sententia est qui ad intellectum pertinere ipsum negabant: sed solum ad uires sensiles intrinsecus abditas: Et hoc quidem cum rationibus: Tum Aristotelis testimonio: Qui scientiam sapientiam & intellectum (quem principiorum habitum nominant) posuit in ea animæ parte: Quæ intelligit & sapit. Atq; ea opinio huic aduersans pariter redarguta est: Qua contendebatur nullo modo habitũ cõpetere corpori: qđ Alexander Aphrodisieus peccauit: Sed mittamus hos conflictus & nobis ipsis consulamus: qua ratione dep̃hensum est a ph̃is habitus nobis esse necessa-

Aristoteles

Alexander Aprodiseus.

rios ea itidem comprobatur liquidoq; deducit imaginariam uim nostram egere habitu ad cognoscendum xp̃m inclinan-te: Eo namq; in primis indigemus ut ad iustas operatiões gna ui aptiq; reddamur: Id. n. quod est in potentia ex sui natura ad multa potest pro diuersis affectibus in diuersa trahi & quodã modo conuerti. Nam si una tantũ operatiõe in alterum obiectorum uergitur: põt nihilominus uel facillime ad alterũ duci: Quapp naturali quodam stabilimẽto indiget ad recte operandum: ut sæpius idẽ factitando hoc est ex frequentatis actibus (ut ait Aristoteles) habitus pariat̃. Rursus nisi potentia illa seu uis ex se indeterminata per hunc habitum ad alteruʒ cõtrariorũ libentius flectat quod ꝑaltero ducat eligendum p̃cedere semper perscutationẽ quandã patrandum actum oportebit: Iam ut cum delectatione compleantur opationes necessarius est habitus: Qui quidem ei in quo firmatur quasi cõnaturalis effectus eas consimiles reddit operibus naturæ: quæ sine admixta delectatione non consumantur: Inde nobis manifeste constat actiones nostras ineptas reddi & incompositas nisi congruo animi delectamẽto patrent̃: Quo nos carere oportet si habitu caruerimus: Vnde signum eius esse docet Aristoteles delectamen illud quod in opere sentimus: De liberis tamen actionibus mentio est: non de his quæ natura congenita sunt: profluuntq; suapte sponte ab animali: Nos autem quorum mẽtis affectus circũagi rotariq; atq; in diuersa discerpi cõspicimus forti & iugi imaginatione passionis xp̃i firmare mentem modis omnibus debemus: Ne aut obscenarũ rerum imagines in nos grassentur: factoq; impetu & ceu ruptis aggeribꝰ inundent repleantq; animum malarum affectionum: aut sensum & amici irrepentes quasiq; aliud agere ostendentes mentem ludificent: Idẽtidemq; factitando tam familiariter sensibilium specierum receptaculo illabantur ut xp̃i imaginem non sæpius cogitatam atq; ob id habitu non firmatam expellant. Mille enim nocendi actibus utitur antiquus hostis: Mille semper insidias & p̃stigia ad fallendũ excogitat: Modo bonis operibus decipulas tendit constitutisq; temporibus tẽtat: Modo ui multa nos aggreditur ut perterrefacti terga demus: Hinc

quasi quasdam indutias paciscũtur: ut securi nimis ducamus pigros intra tentoria somnos: Inde castra inuadit aperto Marte: uitia. apertissime suggerendo: Quibus nos ipsos debellemus deditionẽq; faciamus: Oppugnat interdum mœnia cuniculis sub spe uidelicet boni animum inescans: ut ueluti pisces hamo capiamur: Suadet interdum ut aliquid impendio difficile aggrediamur: Quo uel corpore uel animo defatigati succumbamus oneri: Sæpius etiam ut pusillo animo simus spẽm indulgentiæ ostentat qua magnanimos conatus: nunq̃ spiritalibus diuitiis non muneratos negligamus. Iam re diuina ope nimis fidẽtes debachemur in uitia facilẽ ad cœlos aditum pollicetur: Tempus repromittens pœnitẽtiæ idoneum: priusq̃ animam profundamus: Rursumq;: ut de Dei misericordia: quæ summa ẽ quæ maxima desperemus semitam illã quæ ducit ad uitam senticosam arduam lubricam inaccessaʒ repræsentat: Scrupulos quoq; ĩmittit inumeros uariasq; formidines: Eoq; omnino nos conatur impellere ut euangelio fidem abrogãtes istar Sardanapali uitam degamus: Exoculati autem sunt atq; etiam in hac uita omnino miserimi: quibus hoc præstigio demon imponit. Nõ est enim pax impiis docẽte Propheta: Sed pax multa diligentibus Deum. Quapropter in fide fortiter stãdum: Atq; etiam alacriter & strenue pugnandum. Verum operæpretium ẽ ut Christi imago nostræ semp menti resideat: Qua ueluti subitario milite sempque in stationibus parato in festo hosti possimus occurrere: insidias cauere: & quoscũq; minimos illius motus aduertere: Hoc. n. ualidissimo præsidio cõsequi nos posse de iniquo demone triumphuʒ Tertio libro Deo fauente sumus ostensuri. Illud autem Iob fixum menti tenẽdum est: militiam. s. esse uitam hominis super terram: ne ludificemur Credentes ingredi semp pugnam oportere diuturna consultatiõe præmissa: Nam cõtinue cruce Christi armati cõtinue stare debemus ad bella parati eius semp sperantes semper implorantes opem: Quemadmodum probatissimos illos priscos monachos factitasse legimus auctore Cassiano: Qui crebras & quasi eiaculatas preces ad Deum emittebant: Sæpissime & mente & ore uersan-

Assidue pgnãdũ

tes uersiculum illum Deus in adiutorium meum intēde. Q̄ d̄ si Christi imaginatione nos nō tueamur qua ueluti & scuto & ense ab hoste nostro plus fere q̄ dici pōt formidando singulis quibus nos aggreditur momētis quo nos conferemus? Mutu atu; profecto ibimus arma hac atq; illac: ut uim propellamus inimici: Nec forte illa nobis ita cito comparabimus ut nō præda illius facti opibus oībus hoc ē uirtutibus spoliemur. Præterea ut in Christo crucifixo delectemur ea qua decet lætitia eius imaginem retinere in anima debemus iugiterq; uersare: Tum ut hoc habitu quasi in naturam conuerso ingruētes hostium copias (ut prefati sumus) propriis armis nō alienis nostris pellamus e finibus: Is enim ē habitus quo quis cum uoluerit operat̄ (ut īquit Aueroys: Tum ut creberrimis insultationibus resistētes nō fatigemur: Fieri enim facile posset: ut lassati nimis præsidio decederemus: Nisi hac Christi memoria q̄si naturali effecta sine anxietate bellaremus: Tum etiam ut ad iusta opa pagēda reddamur alacres: Speq; maiore nixi & fidētius postulemus & copiosius impetremus. Delectare enim in Dn̄o (īquit Propheta) & dabit tibi petitiōes Cordis tui: & alibi uiam mādatorum tuorum cucurri cū dilatasti cor meum.

¶ Q̄ d̄ Christi mortē cogitātes ad amādum eū disponimur. Triaq; nos potissimum ad hoc inducere: Quodq; ipsa cogitatiōe pariat̄ amor augeat̄ & cōseruet̄. Cap. vii.

AT Ad amorem Christi hac imaginatione cogitationeq; crucis eius magnope rapimur. Tria enim potissimum nos ad aliquem amandum impellūt: uirtutes ipsius: Collata nobis beneficia: expectata dona: Christus autem qua Deus ipsa uirtus ē Dei patris & omne bonum: Et q̄q̄ omnis uirtus (ut inquit Cicero) nos ad se alliciat faciatq; ut eos diligamus ī quibus ipsa inesse uidet̄: Tamē id maxime efficit liberalitas. Quæ autem potest maior liberalitas excogitari q̄ ea quæ efficit: ut quæ non sunt esse ipsum acquirant. Quod a diuina Christi natura omni mundo esse collatum & testantur eloquia Moysi: & fides

Tria amoris icitamēta.

Xp̄s omne bonū

euangelica prædicat. In principio enim creauit deus cælũ & terram:& omnia per ipsum facta sunt. An beneficium ullũ eo excellentius humano generi cõtulisse xp̃us potuit quod ĩ ara crucis impartitus est: Dum ut ipsum in omnes miserias ꝑ peccatum primi parentis delatum redimeret ac de diaboli seruitute eriperet se uti hostiam uiuentẽ & acceptabilem patri obtulit in ara crucis. Expectabilius ne donum desiderari potest. q̃ illud nobis totiens repromissum: donum inquã fœlicitatis æternæ adeo rarꝫ adeo sublime qd' sicuti prophetante Esaia & docẽte corinthios apostolo didicimus nec oculus uidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit. Quis ergo creatorem redemptoremq́ꝫ & ipsum summũ bonũ non amet. Quis fœlicitatis largitorem toto amoris igne nõ prosequatur. Sed & illud inflãmare nos impensius debet ꝙ adhuc in tantuꝫ ipse nos diligit(:q̃q̃ continuis delictis nostris lacessitus & offensus:)ut qua infinita ẽ charitate si pro salute hoĩum dare iteruꝫ proprium sanguinem necesse esset ultro & sponte se disponeret ad luenda omne genus supplicia: Eiusdem enim clementiæ eiusdem miserationis est. Quæ ꝓculdubio nobis iugiter ruminanda sunt menteq́ꝫ tenenda: Idq́ꝫ effecerimus si Cruceꝫ eius sæpius imaginabimur: In illa quippe relucent hæc omnia Quando q̃dem ex p̃ciosissimo illo sanguine abundantissime ꝓ nobis effuso summam eius bonitatem ꝑpendimus: Quuꝫ ne genus humanum & quidem iniquum diuinisq́ꝫ p̃ceptis ob audiens periret æternum se tradiderit occidendum: Cuius beneficii aĩaduersione reliqua quibus sumus cumulati cõsequiomentem subeunt: Nam & ipsa morte æternam uitam reserauit: Cuius aditus ob Adæ ꝑccatuꝫ præclusus fuerat: & ad eã consequendã nos aptos reddidit. Ob hanc christi iugem imaginationem qui nos tot bonis sua morte refersit amor in eum noster exoritur exardescitq́ꝫ: Assidua.n. tractatiõe amatæ rei augeri amorem & habituꝫ addubitari nõ potest: Licet de modo auctionis diuersi diuersa protulerint & super hac cõtrouersia magna sint bella pugnata inter posteriores philosophos & theologos parisienses(quod doctos non latet): Idẽ quoq́ꝫ de retentione quæ fit in sensibus dicendum: Cum nihil intelligi

Quid a christo expectet

Maxius erga nos Christi amor

Cõtrouersia de auctione hitus.

possit a nobis dum corpori conglutinata remanet anima: nisi se tali negocio uisum aliquod seu simulacrum associet: ut ipsi singulis momentis experimur: qui & si Deum uolumus contemplari. Deum. s. purum actum simplicissimum spiritū sine simulachro phantasmate ue indiuiduo comite itellectus & assecla non possumus: lucem. s. quandam nobis representante: uel aliud quodpiam id genus ex his quæ nouimus & sensu pcipimus minus q̃ fieri possit corporeum. Accedit q̧ quicquid in intellectu recipitur prius fuit in sensu (De cognitione loqmur q̃ per naturæ uestigia pcedit) iuxta cōmune dogma Peripateticorum & parisiensium Theologorum: qui eos fere semp sunt imitati: Quāq̃ qui Platonem & ex nostris aliquem præstantem etiam theologum multisq; iam sæculis celeberrimū: sequerent̃ satis aduersu3 dogma proferre possent. Seruari uero & custodiri iam natum & adultum amore3 experimur si rē amatam iugiter mente uersamus: Si. s. intellectiuam spēm ab ipsa re uel lumine uel actione intellectus agentis aut depromptam aut illustratam & in intellectu potestatis receptam assidue tractando afformemus: siue solo intellectu (ut cōis scola uoluit) siue cum intellectu simul & phantasmate tanq̃ partiariis agentibus (ut placuit herueo): siue alias id negocium pagat̃: Assidue inq̃ afformemus. eo eni3 exercitio opus ē nobis ne concursantes aliarum rerum imagines simulachrum spectrum ue dilectæ rei aut offundant aut discipent: Illæ namq; in memoria sensili & intellectiua reseruatæ uel ui intellectus uel exterarum rerum sensus ipsos ferientiu3 sæpe agitant̃: Et interdum quibusdam quasi turbinibus exestuant: Quāq̃ fuere qui negauerunt & falso memoriam ullā intellectiuā esse intelligibilium specierū receptaculū & ueluti thecam quanda3 & archulā: Hæc ratio physica & experientia ipsa cōprobat: S3 & theologica potest assignari. Nam hostis humani generis q nuncupat̃ in euangelio: hō inimicus hoc ē malus Angelus: q de sedibus illis empyreis cum sociis cecidit in superiorem animæ partem illabi non potest: Potest autem in organis sensuum cum interioribus tum exterioribus: sed potissimum nos itrorsum tentat fallere: Cum præstigiu3 hoc suum magis nos

Rō theologica.

Lateat euagantibus exercentibusq; se sensibus exterioribus circa propria naturaliaq; obiecta: Nec enim cômode exterius nobis posset illudere: nisi omnino uellemus acquiescere suggestioni: At si sensus abditos puaderet pmearetq; uel obscena simulachra cômouens maxime uenereorum ut incitarent exteriora membra uel noua effingens & imprimês imaginationi: facilius rueremus in uitia. Quapropter si nostros sensus & exteriores & internos Christi cruce armauerimus: quod ut efficiamus alio non est opus nisi ut uelimus (Duo nãq; officia imaginationi demandata sunt (quod & Thomas in quæstionibus de ueritate intercurrenter & obiter tangit: ut. s. spês sensiles reseruet intellectuiq; quotiens speculari uoluerit ut psto sint efficiat:) si inquã id effecerimus duo nobis inde commoda puenient: Primum q statim malus Demon aufugiet: uel nostræ saluti non adeo pnitiose insidiabit. In tantum sane peccato superbiæ illius ê deprauata uoluntas ut uinci nullo modo uelit psertim a Xpo: Cuius mors tantarum fuit uirium ut ipsi multam nocendi facultatem ademerit: Cum homines non eo mô quo ante illam tentare queat: Tam & si semp circuat (ut princeps apostolorum ait) quærens quê deuoret Secundum q ex ipsa imaginatione utroq; homine ad ppensius amandum cômouebimur: hoc ê & mente & corpore ardebimus ardore inquam suaui: Qui ara quædam ê cælestis patriæ: Fietq; ut prophetæ succinere uere poscimus: Exultauit cor meum & caro mea in Deum uiuum: Et iterum sitiuit in te anima mea q multipliciter tibi & caro mea.

duo imagiatiuæ potãtis munera.

Priceps apostolorum.

¶ Facillime peccatorum causas mortis christi cogitatône succidi Cap. viii.

EX hac quoq; frequenti meditatione mortis ipsius quodammodo familiares effecti calefactiq; stupêdissimi illius benficii memoria fundamenta uitiorum ne iaciantur phibebimus: & iam iacta conuellemus. Et enim inter peccatorum causas a nostris theologis cômemoratas has deprehendi tanquam principalissimas e-

Pcôrum causæ.

narrari describiq: uoluntatem .s. & rõnem atq; sensilem appetitum: Haec remotior: Illae proximiores: omnes tamen intrinsecus positae & in imis abditae penetralibus: Nihil enim quod extrinsecus accidat (quod & ante inuimus potest nos ad peccandum attrahere: nisi prius sensus cum ratione ipsa & uolun tate operi tam nephando consentiret: Non cõcupiscimus. n. nisi cognita: & cognoscimus ratione nec tamen absq; sensuũ adminiculo: quem ceu ducem quẽdam aut una progrediendo sequimur aut ab eo uiam edocti nostro pro arbitrio incedimus. Quum uerò falsum offerri bonum uidebimus: qd' blãditiis & illecebris quasi quibusdam crustis. iniquus Demon oblinat: ad Xp̃i nos passionem si eius spẽm geremus mente. absq; cunctatione conferemus: Indeq; iudicium patrandi operis sumemus. Fieri quippe uix potest ut quispiam anceps consilii factus dubiaeq; sententiae aut se non uoluat ad cogitandum id quo mens propria familiarit' uti solet. p̄scrutandi saltem gratia an finis oblatae rei priori illi fini quadret quem sibi delegerat p̄stitueratq; : & exercitio iugi ptractauerat: aut saltem cauere possit quin ipsa talis rei imago menti p habitu3 fixa huiuscemõi negocio se non ingerat & ĩmisceat: ut potc quae totam mentem possidere sit solita omnibusq; ĩteresse negociis. Patet hoc in auaro: qui semper de coaceruanda pecunia aut cogitat aut loquitur: cui si p̃ponatur quidpiam agendi commoda occasio interpelletur ue a familiaribus excitetur que ad obeundu3 officium aliquod statim an negocium illud lucrum sapiat conspicatur: nec se cohibere quandoq; potest: ut amicos illos non percunctetur minus illud ad quod prosequendum sollicitatur lucri aliquid nec ne sit pariturum: quoniam in lucri cupiditate se totum diffudit: Qui si occultare d' testatum undiq; uitium conabitur: eo saepe inuito odorata illa lucri spẽs nares opplebit. Atq; ita reliqs diuturnis & uehementibus animi affectionibus fiet pari rõne: Nõ secus (q̃q̃ in materia difficillima:) d' cruce xp̃i memoria freq̃nter repetẽda euẽiet: S3 utrorum des eorum quae diximus pctõ obuiabit: si primũ: ptinus suggestionẽ illã uel ĩmissa3 a demõe: uel oblatã a mũdo: uel administratam a peccati originalis fomite: cum Chri-

Exẽplũ:

sti memoria minime cõuenire deprehẽdemus: si secundu3 ipsa statim p se se pernitiosos cogitatus expellet: Nam diuturna possessione stabilita iugiq; exercitio ualidissime roborata uelutiq; in regio solio posita illusiones externas & aduentitias puagari mentem nõ patiet. Hæc ut philosophi cõmẽtamur: Sed quid ut Christiani philosophi: Nequaq̃ profecto ambigẽdum Christum nõ permissurum Sathanæ ludificandam illam mẽtem: quæ in eius recogitãda passi õe se exercet: Quæ cum solomone in cãticorum cãticis sæpe illud cecinit Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter ubera mea cõmorabitur. Verum & id quod prosequimur cõmodius expeditiusq; liquebit si obiecta earum potẽtiarum uiriumue animæ ex quibus dari diximus originem uitiis perpẽderimus. Obiectu3 sensilis appetitus particulare bonum ẽ: uolũtatis uniuersale: Rationis uerum: Eadem enim cum intellectu potẽtia ẽ: sed altera fixe mobiliter altera suum opus peragit. Quare si Xp̃um & in superiori animæ pte & in phãtasia retinuerimus: cum ipse sit particularium bonorum optimum: sitq; idem uniuersale bonum qua Deus ẽ: atq; etiam ipsum uerum: Fiet ut sensilis appetitus & uoluntas falsum bonum se offerens appetendum respuãt: & ratio ad percipiendam itellectiuam ueritate3 discurrẽs nõ exorbitet. Facile eni3 debitæ regulæ defectus resarcit sanatæ rõnis adiumento: & ob iugẽ Christi imaginationem defecatis internis sensibus apparẽs bonu3 reiicit: Itidẽq; respuitur a uoluntate cuius consensu peccatum complet. Atque ita peccatorum capita abscindimus & cõterimus priusq̃ absoluant perficiãturq;: Psalmigrapho cõstãtissime obseque̅tes: qui nos monuit ut paruulos Babylonis ad petram allideremus.

¶ Eãdem christi crucifixi cogitationem imaginationem ueseminarium esse uirtutum omniũ. Cap. ix.

C Vm autem cõpertissimum sit Christum esse caput ecclesie uirtutesq; omniphariam & quicquid pfectionis tum naturæ: tum gr̃æ desiderari potest eidem

collatas fuisse dum etiam corpus gereret propria uolūtate ob
noxium morti: sequēs ē ut quemadmodum membra semoto
capite uires amittūt itereūtq;: ita ipsi qui membra sumus my
stica Xp̄i capitis eodem amisso langueamus: & spiritaliter e-
moriamur: & sicuti beneficio capitis corporis residuo uirtutes
trāsmittunt ueluti a sublimiore parte dominantioreq; ubi sē
sus regiam Galenus posuit & ante eum latinus Varro qui ad
Ciceronem scribēs datum illi hoc nomen ait q̄ inde capiunt
initium sensus & nerui. Non secus Xp̄i ope q̄tulūcūq; pfecti
onis uirtutisq; & inest & apparet in nobis enāciscimur: possu-
mus tamē (q̄q̄ nostris demeritis a capite distracti) eidem iterū
supueniente gratia nec impendio compaginari: Si spiritui sā
cto non resistamus: & q̄ maxima possumus celeritate ad ipsū
caput cōmeemus. Quo non carneis itur pedibus: nō moribū
dis artubus: sed itimis & piis affectibus: maximeq; iugi tracta
tione acerbissimæ mortis nostræ salutis gratia ppessæ. Qua
scilicet & illi quasi cōformes reddimur & audiētes aliqua ex p
te p̄cepto euāgelico: ut crucem si non nostram in uniuersum
Christi tamē cum cyrenaico Simone portantes: si non operi
bus exilia carceres gladios sustinendo: pio tamē affectu iteriꝫ
ꝯpatiēdo: ne stupēdissimū hoc misteriū supra mentiū omniū
captum: ingrati nimium obliuioni mandemus. Hoc minus
recte obeuntes ad eas gratias & uirtutes quæ in ipso sunt par
ticipandas apti reddimur: Quando illius anima in nostras ani
mas & illius corpus in nostra corpora uirtutes eas quarum su
mus capaces abunde infundat: ut in ultima parte suæ theolo
gicæ summæ Thomas Aquinas edisserit: Ex quo etiaꝫ fit ut
ad uirtutes cunctas adipisendas disponamur: uel uno momē
to si christuꝫ mente retinemus. Nā sicut xp̄o homini ob unio
nem diuinæ naturæ cum humana cūctæ uirtutes omnisque
gratia cōdonantur. Ita in nos Christi uirtutes pro nostra capa
citate deriuant: si ei p meditationem indefessam intimo amo
ris affectu coniugamur: Nec multis laboribus ad hoc perficiē
dum ē opus: non ad indos accedere oportet: nō Erithrea per
scrutari littora. Vbi ubi locorum iuenire eū possumus: Quin
imo naturali quodam motu i ipsum ferimur: nisi peruersa uo

Deũ ad se aias trahere.

luntate retrahamur: Animas enim Deus ipse tanq̃ ad princi pium unde manarunt & ad finem quo beant̃ semp trahit: & naturali ordine & gratia modo eam uitiis hærendo non repu diemus: nec trahit modo uerum etiam inclinationem aptitu dinemq; condonat tendendi in proprium locum: ut optatam quietem indipiscantur: quod etiamnum imitatricem dei na- turam in inanimis effecisse uidere datur: exempli cã in igne: q cum mixtorum aliquod elementum ue quidpiam in sui natu ram exurendo conuertit: eidem aptitudinem largitur peten- di cælum: iuuatq; ut ad illud pueniat: quo consequuto quie- scat. Peccatorum aũt fomite & lege carnis quam etiam in su- is membris regnare uidit apostolus: & legi mentis repugnare non nihil imo multum ad id muneris obeundum segnes effi- cimur: quodãq; quasi somno impedimur. Quo fit ut imagi- nari & amare Xp̃m habeamus necesse: quorum utrunq; utro que parit̃: Nam qui diligit necesse ẽ ut sæpius amatum ima- ginet̃: cuius rei iudex quisq; sibi nisi mentis inops constituit̃: Parte altera iugẽ imaginationem amor sequitur illam preser tim quæ eius rei quæ inter alias est optima: Christi uidelicet: Qui etiam qua homo est (ut Thomas docet) p̃cunctis creatu ris adeo diligit̃: pro intentione uero diuini amoris reruз boni tas intenditur: Quælibet enim res ideo bona ẽ quia a deo di lecta: Sicut contra nos ideo rem aliquam diligimus quia bo- na. Cæterum cum inter omnes theologos constet a deo ipso bonis omnibus seu naturæ seu gratia nos donari eiusq; hosti um sit Christus (ut ipse de se:) per quod itur ad Deũ & a quo gratiæ uirtutesq; cunctæ a patre illo luminum (ut scũs ait Ia cobus) desursum fluentes ad nos usq; perueniunt: sequẽs est: ut Crebra illius hostii pulsatione quæ pia & assidua cogitatio ne piisq; p̃cibus efficit: uia quæ ducit ad uitam patefiat nobis Hæc amor est quo cum perfecte tenebimur morum strenui- tas ut inquit Bernardus) orieт̃ puritas affectionum subtilitas intellectuum desideriorum sanctitas operum claritas uirtutũ fæcunditas: Meritorum dignitas p̃miorum sublimitas: Q d' ita esse uel hoc constabit argumẽto si. s. mores & acta eorum- qui xp̃m sæpius mortuũ cogitant eundemq; amãt intuemur.

dei amo re rerum bonitas: bonitate reɀ nr̃ a- mor pari tur.

Quorũ multos in hac uita nihil aliud hr̃e cõspicimus p̃ter ue
ctum tenuissimum uilissimũq; tegumẽtũ: Qui ꝑpẽdentes eũ
quẽ diligũt nostræ salutis gr̃a oĩa ꝑpessum icõmoda & postre
mo necatũ: quasi quodã diuino oestro pciti: amoris uicẽ quo
ad possunt repẽdere satagunt: Affligunt se ieiuniis & uigiliis:
amplectunt̃ paupiẽ: Castitatem induunt: propria desideria ꝓ
prias cupiditates alieno arbitrio subiugãt: & nihilominus fit
ut hæc icõmoda magna cum animi alacritate sustineãt: Mor
tem non modo non formident: Sed ut xp̃o coniungi possint.
tota mente suspirent: unde datur intelligi ab eadem cã q̃ uir-
tutes hæ ꝓfluunt ẽt iucũditatẽ & pacẽ animi suboriri: quæ tot
exterioribus icõmodis longe p̃ponderet. Parte alia q̃nquidẽ
contrariorum pugnantiũq; cãꝝ dissimiles prorsus aduersan-
tesq; sibi iuicem effectus eueniũt) nouimus multos bñficioꝝ
dei oblitos Christiq; mortem ueluti ad ignẽ narratã fabellam
cogitantes uitiis & diuitiis (ut sydonii uerbis utar) incũbere:
luxuriose epulari: affectare illicitas & incõcessas ueneres: sup
bissime aliis dominari: qui cũ id agant ut sensuũ q̃bus penitus
sunt mancipati quietẽ sibi ꝓcurrent: edacibus tñ curris semp
molestant̃: Trepidant ad quæcũq; fulmina: seditiones singu
lis momẽtis formidant hostiles incursus expauescũt: Atq; si-
bi ipsis continue sunt infesti: bellũq; gerunt itestinũ: rodente
semp patratorum scelerum conscia.

Christianoꝝ primitias sãctissimosq; uiros xp̃i mortẽ freq̃n
tissime cogitauisse. Itẽ ecclesiã ad id officii nos iugiter iuitare:
multa quoq; bona ĩde manare. Cap. Decimũ.

EX his quæ attulimus manifeste (ut arbitror) liquet
xp̃i passionis memores nos esse debere: Sȝ si moni-
tis ipius xp̃i audiẽtes eẽ i primis opeꝑciũ ẽ: Dein eo
rũ seq uestigia q oĩuȝ fuere ꝓbatissimi: nec nõ ecclesiæ ample
cti placita idẽtidẽ ad xp̃m nos trahentia necessario colligetur
añ oĩa passionẽ eius a nobis iugiter eẽ cogitandã: De hoc ipse
aptissime i ꝓprii corpis sanguinisq; cõsecratõe monuit cõmẽ
sales apostolos: Q đ nõ mõ fideli tenaciq; aĩo receperũt: Sed

eoruz alii ob illius nominis confessionem crudelissimis tyrā=
nis expositi crucē subiere: Alii capite mulctati: Alii Corio ex
uti: alii culminibus deiecti sunt: Sed & alii Xp̄i sectatores ua
riis & in excogitabilibus fere tormentis uexati uita excesse=
runt. Mortem hanc adeo frequenti cogitatione Paulus apo=
stolus ꝑtractabat: tanto amore Christum qui pro eo ita mori
uoluerat prosequebatꝰ: ut feruētissimo diuinæ charitatis æstu
in hæc erumperet uerba: Christo confixus suz cruci uiuo ego
iam non ego: uiuit autem in me christus: & alibi nihil me iudi
caui scire inter uos nisi Christum & hunc crucifixum. Eandez
mortem discipulus ille Ioānis euangelistæ anthiochenæq; ec
clesiæ sanctissimus antistes Egnatius tenaci mente in tantuz
uolutarat: ut in eo æstuantissima fornax christi amoris accen
sa spectaretꝰ. Inditio sunt stupendæ illius epistolæ ea presertiz
quæ ad Romanos delata ē dum Traiani Cæsaris iussu cate=
nis circūligatus & obsitus deuoratus bestiis Romam ꝑduce=
retꝰ: In qua quidem epistola optare scribebat frui posse bestiis
ad sui interitum preparatis: & ne sicut aliorum martyrum ita
suum non auderent corpus attingere uim eis se facturum pol
licebatꝰ ut oīno deuoraretꝰ: Dādam esse in hoc sibi ueniaz edo
cens quoniam tunc discipulus Xp̄i esse incipiebat: ꝑ quo adi
piscendo ignes cruces Bestias dispersiones ossium discerptio
nesq; membrorum & omnia in se unum supplicia diaboli arte
quæsita conflari exoptabat: Cūq; iam beluis exponeretꝰ & ar
dore patiendi rugientes audiret leones inquit: Frumētū Xp̄i
sum: Dentibus bestiarum molar: ut panis mundus inueniar:
Atq; inter ipsa tormenta positus semper ore ꝓtulit quod ani
mo gerebat: Iesu Xp̄i. s. nomen. Cuius in corde (: Longū eēt
nimis hystoriam totam recensere) lr̄is aureis inscriptum spi=
culator iuenit: Franciscū uero ordinis minoruz institutorē sā
ctissimū qs reticebit: Qui tā tenaci mēte ꝯplexus ē Xp̄z: Tā
forti imaginatione retinuit: Tanto amoris eius flagrauit in
cēdio: ut ab illo stigmatis suæ passionis instar donatus fuerit.
Sed nec Clara uirgo in monte falcone oppido sita pretereun
da silētio est: in cuius corde Christi Crucifixi imago euiden
ter spectatur: Quā me superioribus annis uidisse memi=

ni. Isti sane effectus in corpore uideri dátur ob frequentē ima-
ginationem & amorem propensissimum: Nostris uero oculis
cernere non conceditur quanta illorꝫ animæ charitate perful-
geant: quanto ditentur gaudio: quanta coronentur gloria: Vi
debimus olim si eis similes fuerimus eandemq; semitam pcur
remus: Ad quam capescendam pclarissimis dogmatis incita-
mur. Suadet Hieronymus Eustochio ad omneꝫ gressum pin
gere crucis signum:: Inhortatur Grisogonus Anastasiam car
cere clausam tropheum crucis tota mente constringere: Quā
triumphale signum nuncupat ecclesia: Quam uenerabunda
salutat inquiens o crux aue spes unica: Quam ut partes aduer
sæ fugiant fidens & læta demonstrat. Et ne singulas memorē
crucis uictorias cunctaq; priuilegia percenseam: Magno Con
stantino futurum ut uinceret in crucis signo cæsariensi Euse-
bio Sozomenoq; auctoribus angeli spopōdere: Cuius ēt ope
debellauit Heraclius aduersos hostes: & obstinato corde iude
us a demonum erutus est potestate: & referente Firmiano didi
cimus gentiles cum diis suis imolarent si astitisset aliquis fron
tem cruce signatā ferens sacra nullo modo litare potuisse nec
consultum uatem responsa reddere: Hoc nimirum est signuꝫ
Thau quo signatos exterminator angelus non percutit: San-
guine illo qui in ea effusus est delibutos cordis postes & hostia
gestantes: cuꝫ ægypti primogenitis nō interficimur: Aeneus
serpens in deserto exaltatus a Mose cuius aspectu sanitas a ser
pentibus sauciatis restituebatur crucis huius typum gerebat:
Quæ nunc in medio sacrarum ædium ponitur: ut eum qui in
ea pependit frequenter cogitemus: quo possumus serpentis il
lius morsibus mederi: cuius astu (unde tot mala in nos mana-
runt) Eua decepta est: Huius rei semper memor pia mater ec
clesia nec dulcissimi sponsi oblita laborum & erūnarum sup-
pliciiq; acerbissimi quod pro salute illi largienda substinuit cō
memorationem singulis diebus publice edit: Hāc enim mor
tem sacerdos in missæ sacrificio frequentissime repn̄tat: cui ut
festis diebus intersint filiis edicit: ut etiā singulis annis xp̄i cor
pus ī memoriā mortis illius sūmant in cibū: obaudiētes dicto
penitus exhæredat: sanctissimaq; lege cauit ne eisdē uita fun-

ctis exequiarum iusta persoluantur: Sed nec humati filioruz sepulchris indignabunda & iniuriarum sponsi uindex iustissi ma patit.

Qui Christum saepius cogitant & ad eius amorem capescendum se pparãt ueri Christiani sunt uerique phi: Eos autem qui id minime curant utroque nomine falso gloriari. Cap. xi.

AB his consequens ẽ ut ostẽdamus eos falso censeri Christiano nomine qui Christi mortez saepius nõ cogitant: ut ad eius amorem inflammentur: Neque etiam (nisi uana nomenclatura) phos deberi uocitari. Christianorum nomẽ apud antiochiam Syriae urbem initium sumpsit. In ibi ut narrat Eusebius Caesariensis epus: q̃ plurimi ẽt ex gentibꝰ ad fidem uenerunt eorum praedicatione ptracti qui seditione aduersus Stephanum. cõmota disseminati per omnem locum fuerãt. In ea ecclesia erant prophetici ordinis q̃plurimi: cum quibus & Barnabas & Paulus: Quibus oĩbus parit ĩ gr̃a Dei & unanimitate degentibus primum discipulum ueluti e perẽni fonte sumpto uocabulo appellati sunt xp̃iani. Igitur discipuli quibus nõ modo ob temporis uicinitatem Christi passio recens erat memoriae: sed in eorũ cordibus sculpta: in mente consita: ĩ ore frequẽs: Ante oculos posita: in cunctis functionibus animaduersa: primum christiani sunt nominati: ut pote Christi memores & Christi imitatores Sed cunctabimur eos xp̃iano nomie dedignari: qui nec Christi mortem saepius ad memoriam reuocant ut compatiantur: Nec uitam recolunt ut imittentur: Qui inuiti haec audiunt tanq̃ liberius q̃ uerius pronunciata. Audiant Cyprianũ clamantem Christianus nemo uere dicit: nisi qui Christo moribus prout ualet coaequat: Quis eos imitabit mores quos nõ agnoscit: psertim si eiusmodi sunt: ut in illos fortuito impingere non det: uerum magno potius cum labore comparent. Quis eosdem desiderabit absque cognitiõe. Quis uere & exacte cognoscet absque cogitatione. qua in hoc assequendo munere omnino ẽ utendum. Cum quia ex se factu difficile ẽ: ob cõ

Christianorũ nomen.

tinua bella inter carnem & spiritum: Tum quia laboraremus in cassum diuina cessante ope: hanc autem qua ratione impetrabimus nisi implorauerimus. Qua ratione ad implorandũ apti ad obtinendum idonei fiemus absq; assidua pertractatõe eorum quæ desideramus: unde colligere possumus ex Chri meditatione & amore quibus apti reddimur ad imitãdũ christianos nos uere nuncupari & pari argumento nisi hæc egerimus frustra christiano nomine gloriari: Esse iquit Ioãnes Gerson doctissimus pariter & prudentissimus theologus in magna illa expositiõe in canticum uirginis cælorum reginæ nõ nullos arbitrantes se sub Christiano nomine Deum magificare qui filium eius in se rursus crucifigũt & habent ostẽtui: Hos tu ergo christianos uocaueris. Quos nec cultores dixeris: Ita enim anteq̃ Christianorum appellatio per omnem locum diffunderet: narrat Eusebius Christi sectatores appellatos: ut ex libro philonis de uita theoretica decerpsit: Causam huius uocabuli uel ex eo ductam arbitratus q̄ cõuenientium ad se animas tãq̃ rudes & agrestes excolerent: uel q̄ erga Dei cultum pura & integra conscientia pdurarẽt: Quod nomen siue Philo ipse eoꝝ exactibus collegerit siue initio ita appellarent q se cundum euangelium uiuebant anteq̃ nomen Christianoruꝫ p orbem spargeret: Nihil interest ait: Eusebius: Sed hoc mihi interesse uidet omnino: ut nullo pacto Christi parũ uel nihil memores: uel hoc nomine uere debeant censeri: quuꝫ nec illis rudes & agrestes animas excolere det: nisi p prius Christi memoria excultum animum habuerint: & etiam amore cõcalefactum: Atq; ad illius sequẽda uestigia ppensum: Nec integra & pura cõscientia erga Dei cultum possit pdurare q Christum mente non retinet: Cum uix illis in obsequiis perseuerare concedatur quos assidua passionis illius meditatio non deserit. Suffragat nobis physica ratio quando ab eo res denominari debet cuius speciem gerit: hoc est a propria forma: qua & a speciebus aliis secernitur & in propria constituitur: Sic illud animal Leonem uocamus quod & formam Leonis p̃se fert: & affectiones eas quæ talem formam consequuntur: utque unico uerbo complectar quæ eandem habent formam

Christianos quõdã cultores appellatos.

A forma rẽ denominari.

a qua propriæ fluunt affectiones eadem dicimus: Ipsa enim ē quæ dat esse rei ut inquit Aristoteles & contra quæ eadē forma non constituuntur diuersa oīo & sunt & habentur: ob materiam quippe non differunt spē hæc sublunaria generationi & corruptioni obnoxia: Quando una eorꝝ oīum quæ sub luna sunt materia sit: quæ per aduentationem & abolitionē succedentium sibi inuicem formarum quibus res ipsæ dissimilez & abiunctam a reliquis naturam sortiuntur: cunctis ceu cōmune subiectuz sternitur atq; sub uariis speciebus fluitat. Memoria igitur xp̄i & mandatorum eius obseruatione ceu forma q̄dam inter accidētales animi formas perfectissima christianus constituitur: & a pernitioso iudeorum cultu ab obscenis maumethi institutis a nephanda idolorum cultura dissentit & separatur: Illi enim qui prius xp̄iani sunt nominati (ut ante meminimus) frequentissime xp̄m cogitabant suæ ipsorꝝ salutis gratia crucifixum ut eundem amarent: Cuius & præceptis & uoluntati amando propensius obsequerētur: Quæ munera qui obire non satagit fieri ne potest ut semota .i. christiani forma christianus uocetur. Nam & si baptismi sacri undis īmersi cunctisq; sacramentis nostræ perfectæ legis initiati sint: nihilominus finem eorum non curent assequi digni sunt ut a xp̄i cetu prorsus eliminētur. In dominici enim corporis & sanguinis sacramento utpote diuiniori quo Christus secundum propriaz substantiam continetur cætera concedunt sacramēta: Ipm̄q; tanq̄ finē spectant: Atq; ut tertio ecclesiasticæ hierarchiæ libro inquit Dionysius in eo consumāt̄. Id autem institutū ē ut eius memoria celebretur ac per sumptionem eidem uniamur uitaq; uiuamus spiritali. Nam nisi Christi carnem manducauerimus sanguinemq; biberimus eo ipso testante non habebimus uitam in nobis: qua omnino īmemores mortis illius penitusq; obliuiosi priuantur: Si enim quispiam (ut Paulus ait) irritam facit legem Moysi sine ulla miseratione duobus uel tribus testibus moritur: quanto maiora putatis mereri supplicia qui filium dei conculcauerit & sanguinem testamenti pollutū duxerit in quo sanctificatus est & spiritui gratiæ contumeliaz fecerit: ex quo constat ut qui Christiani sunt nomine duntaxat

Inferiores res ob materiam nō differre.

xat:non autem & re pessimi omnium hominum sint: hinc ma
ximum peccatorum blasphemia apud eos frequentius q̃ apd
Maumethenses auditur: quod hi quibus nequaquã abrogã-
da ẽ fides & ĩ eorꝝ regiõibꝰ sunt obseruãti ꝑdidere: Hinc ꝑ hor
renda uitia inter eosdem spectabilius & impudentius sæpissi-
me impune & frequenter in multorum corona etiam cũ lau-
de ꝑpetrantur: Quibus de rebꝰ certiores efficimur Christia-
num neq̃ deterius inquinatiusq; eẽ cunctis animalibꝰ: sicuti
bonum excellentius q̃ possit exoptari: Quorum enim potior
ẽ generatio (ut inquit Aristoteles eorum deterior ẽ corruptio
Quanto etiam quisquam altius eleuatur eo ꝑiculosius & for
midabilius ruit in præceps. At sublimiori in loco quispiã ne-
quit constitui q̃ ut xp̃i legi obtempet: Qua cõtempta uel post
habita ad centruȝ corruit. Aliæ nationes quibus Christus nõ
colitur non adeo graui casu lædunt: hoc idem inter Christia-
nos apparet qui ad eminentiorem gradum sunt sublimati: un
de Augustinus aiebat se sicuti non exptũ meliores homines
his qui in monasterio profecissent ita nec deteriores qui defe-
cissent. Rursus ingratioribus acriora debent supplicia. At
scelerato xp̃iano nemo est ingratior: cum. s. ad ueram sit uoca
tus legem: & p̃alliis electus ad ueritateȝ clarius cognoscendã.
Remissiorem dicebat Iesus diem iudicii futurum Tyro & sy-
doni quibus non prædicauerat q̃ his quibus cum degebat.
Macharium edoctum mirabiliter nouimus ꝓfundiorem in-
ter damnatos ad ꝑpetuum ignem falsos Christianos locũ ha
bituros: Sed omnino eos falsos non dubitamus q Christi obli
uiscuntur: Falsum. n. id appellare possumus quod ideæ talis
rei cuius gerit similitudinem non quadrat: sicut falsum auruȝ
dicimus: quod ideæ auri disconuenit: Christianorũ autẽ ideã
in xp̃o & cogitando & amando & imitando ↄsistere paulo an
te docuimus. Cum autem de mortis xp̃i cogitatiõe loquimur
non ita ad uiuum resecamus ut intelligi uelimus singulis mo
mentis eum q Christianus sit de xp̃o cogitare oportere. Sed
ut sæpius & noctu & interdiu id efficiat suademus: Si nomen
quo appellat rei quam indicat conuenire desideret. Cæteruȝ
nec philosophus ꝓprie põt noĩari q Christianus nõ sit. Nihil

Christianũ uerꝝ ꝑfectissimũ eẽ aĩal Falsum deterrimum.

Falsũ qd sit

Xp̃ianorũ idea.

Phũs qd sit

Sapia æterna & genita Creata sapiētia.

enim aliud sibi uult hoc nomen græca lingua q̄ latina sapiētiæ amator: Xp̄us autē sapiētia ē dei p̄ris (ut iq̄t apostolus) sapiētia iq̄ quæ æterno genita ē a deo: & ipsa deus & dei filius Qui hō factus ꝓ nobis sāctissimū dedit sanguinē. Creata uero sapiētia: cuius cultu græci: sapiētes se ꝓfitebāt priusq̄ Pythagoras samius interrogatus a leonte Phliasioꝝ tyrāno qd hoīs eēt: ph̄i nomē sibi ex tēpore cōfinxisset: nullatenus sapientiæ noīe nisi p quādā anologiā dignāda ē: Hæc.n.tparia ē fluxa sæpe fallax uel d̄creatis rebꝰ eruta: uel de diuis (q̄q̄ sub obscure & multa cum ignorātia) uestigata: illa stabilis uera ꝑpetua: Vn̄ colligit̄ eū q uero ph̄i noīe cēseri debeat: xp̄i amatorē esse oportere: q uera & icōmutabilis ē sapiētia: amator eē nō pōt: Qui nō cognoscit aut cogitat: icognita.n. minime amamus: & euanescit amor nisi cogitatōe foueat̄. Sꝫ iā ad secūdū libꝝ exarādū ꝓpabimus: Quo diuina ope suffulti mōstrare ꝯsiliū ē: ex nr̄æ mortis cogitatiōe eiici a nob̄ facillime uitia: uirtutes que coli posse: Quēadmodū de Xp̄i morte mōstrauimus: Atque cū ab officio huiusce cogitatōis parump feriati fuerimus opæp̄ciū fore ut ad mortē nr̄am pēsandā aīum cōuertamus: ut īde remotis plurimis īpedimētis nos cirꝯstātibꝰ ad xp̄i mortē meditādā reuertamur: eius amoris ꝯsequēdi gr̄a: Quo muniti & secūdā euitare mortē possimus: & uerā uitā adipīsci.

FINIS. PRIMI LIBRI.

IOANNIS FRANCISCI PICI MIR. DE MORTE CHRISTI Et ꝓpria Cogitanda. LIBER Secundus.

Necesse ē animā timere: Itē plures eē timores. Cap. I.

INTER Libri superioris initia satis (ut puto) mōstrauimus animā diligere: nec solū illi amorē inesse: uerū ēt cūctis rebus nō mō rōne & intelligētia: sed & sensibus quoq; carētibꝰ. Quæ rōnes id adstruxere: hoc ipsum quoq; qd̄ moli

mur asserent: animam scilicet timore aliquo pulsari oporte-
re: Tam & si illæ rõnes in animis non quadrent: Timor enim
absq; aiæ pte uel sensili uel intelligibili quæ futurũ malũ hoc
ẽ obiectũ timoris aprehẽdit minime constituit: Siqdem ex a-
more parit timor: Quia cum aut cõcupita bona conseq non
possumus aut iam possessa depdere nolumus: oẽ illud quod ĩ
talibus nobis officit tanq̃ inuisum formidamus: Nulli dubiũ
ẽ inquit August. octoginta triũ qõnum libello) nõ aliã eẽ me
tuẽdi causam nisi ne id quod amamus aut adepti amittamus:
aut non adipiscamur speratũ: At semp amamus aliqd ut supi
ore libro docuimus: nec certiores q̃diu uiuimus reddi possu-
mus aut cõcupite rei cõpotes oĩo fieri aut illa iam adepti non
defraudari: semp enim nutabunda sẽp casura sublunaria oĩa:
gñationi & corruptioni obnoxia: Quin ẽt amãtibus nobis de
um sumum bonum nihilominus accidit: cnm ob uirtutis opa
quæ difficilia sunt tu3 ob multiplices: ĩpfectiones nr̃as: ut sẽ
per formidine non offendendi laboremus. Adde q; malũ (ut
Dionysius & Arist. inqt) multis cõtingit modis: bonum uero
uno dũtaxat: Quare colligit ipso nos timore: dũ moribũdos
hos artus gerimus: non liberari: Sed p̃clare ẽt nobiscũ agi pu
taremus si uno tantum pulsaremur. Plures. enim sunt quibus
angimur: Alium a natura insitũ gerimus: Aliũ sæpe cõcipi-
mus ex ĩminentibus aduersis rebus. Primo ne anima sepet a
corpore fiatq; in nobis dissolutio dissipatioq; compositi circũ
uallamur: Cuius & Aristoteles in secũdo rethoricoꝝ libro &
Ioãnes Damescenus in theologicis sententiis meminere: Se
cundo ne appetitus noster concupito obiecto careat: assidue
quatimur. Primum naturalem nostros secuti theologos ap-
pellare possumus: Secundum accidentarium nominabimus
quando illo natura formidat: ne esse amittat inminente cor-
ruptione. hoc metuat ne perfectione aliqua ipsi esse aduenien
te destituatur. Rursum quantum ad religionem christianam
pertinet Christianosque homines: quibꝰ mihi sermo est: mul
tifariam timor diuiditur: siqd̃ futuru3 malũ: & si timoris obie
ctũ sit: nihilomius & illd̃ qd̃ ipm malũ ĩferre põt ipius ẽt obm

Timor naturalis.

Timor accidẽtarius

Multiplex timor

constituit: Quare deum metuimus non qua malũ (tãtũ.n.ab
est ut malum censeri debeat ut etiam sumum bonum sit & ha
beatur ab omnibus) Sed qua pœnam infligit ĩfinita sua iu-
stitia sceleratis hominibus: nostriq; ob id timoris obiectuȝ cõ
stituitur rõne.s.iustitiæ ut diuinus Thomas ait) qui nihilomi
nus rõne misericordiæ obiectum est spei: quæ timori aduersa
Quid sit timor. tur. Potest igitur quispiam malum aufugere (: nihil enim ē ali
ud timor q̃ fuga seu expectatio mali:) quod minet̃ Tyrãnus
aduersus corporis bona uel fortunæ quæ inordinate ament̃:
Timor mũdanus. & huuc timorem mundanum uocant: Eundemq; dãnant: ut
pote quem christus in euangelio ꝓhibuerit inquiens: Nolite
Timor seruilis. timere eos: qui corpus occidunt. Possumus & malum aliud ef
fugere tanq̃ naturæ noxium hoc ē pœnam a Deo iustissimo
iudice pro scelere inmissam: Hunc metum utcunq; laudant q̃
tum.s.pertinet ad timorem Dei: de quo in deuteronomio scrĩ
ptum Quis det eos talem habere mentem ut timeant me: ue
rum q̃tum ad id uituperant q; eo possessi a peccato qua spetia
li bono oppositum est non abhorreamus. sed magis uindictæ
metu atq; ob id seruilem uocitant: cum seruorum sit flagrorũ
Timor initialis. metu dominos formidare: Tertium assignant timoreȝ: Qui
sit talis ut peccatum ueluti noxium serpentem deuitare nos
faciat cuȝ ratiõe diuinæ offensæ tũ rõne seueri iudicii flagiti
osis hominibus debiti: hic initialis pauor nuncupatur: quem
habere solent qui ad Deum uia uitiorum deserta longo qua-
si postliminio reuertuntur: separari enim a Deo metuũt quẽ
clementissimum parenteȝ (q̃q̃ tot perpetratis facinoribus tot
iniuriis lacessitum & offensum) non effudisse in eos iram non
sumpsisse iusta supplicia sunt exp̃ti: Atq; hinc se ad gratiã re-
uocatos crebris diuinæ bonitatis cogitationibus & suspicant̃
& credunt. Inde tamen ob multa perpetrata flagitia abysso il
lo iustitiæ ĩmenso detrudi ad inferna luẽdorum scelerum cau
sa ꝑhorrescunt: De hoc Prophetã cecinisse aiunt initium sapi
Timor castus entiæ timor domini: Est & quartus timor nũq̃ satis pro digni
tate decantatus: Qui modo casti mõ filialis modo sancti ap-
pellationem sortitus ē: hoc nihil aliud metuimus q̃ a Deo dis
iungi: non ullo.s.pœnarum horrore: sed diuina bonitate ꝑ-

gustata: infinita potētia cogitata: sanctissima iustitia ꝑpensa: Admirabili clementia atq; misericordia animaduersa.

Timorē mortis animæ ꝓponendū esse: ut noxia uitet: bona sequat. Cap. scdm

QVæ cum ita sint: curare debemus modis omnibꝰ ut ad hunc filialem timorē & sanctū ꝓxime q̄ fieri possit (nec alio opꝰ ē nisi ut uelimus) accedamus: Nulli hostium diuinæ claudit bonitatis: mō pulsare nos non pigeat: Tantūq; abest ut obseretur: ut etiam ab ipso Deo ad hostium marmorei nostri cordis assiduæ pulset: Ego inquit ipse sto ad hostium & pulso. Nam quotiens cauēdi mali uel prosequendi boni conscientia nobis dat signum ꝓ̄sentans. s. premia illa æterna cunctis & animæ & corporis castis delectamētis affluentia: uel reponens sub imaginationis oculos deplorata illa & conclamata sempiterna supplicia: quibus aīæ iunctæ corporibus affligentur: nō qualia finxere prisci Poetæ uaniloq: sʒ ea ipsa de qbus Xp̄us in euāgelio testatissimam fecit fidē. Quæ itē Euangelista Ioannes in Apocalypsi lacum ignis & sulphuris appellat: totiens ab ipso deo ad bene beateq; uiuendum inuitamur: Ipsi autē sæpissime & ut non semper sensuum illecebris abducti: & inanis gloriæ blanditiis deliniti bene agere recusamus: Quapropter cū Xp̄i cogitatione & amore de quibus in præsenti libro uerba fecimus non cōmoueamur nec hunc filialē & castum timorē possideamus: Qui sine Dei amore & quidem magno non ē: Alius interim ad memoriam reuocandus ē timor: qui mentem & sensum sui horrida imagine concutiat: Nam ut horatianis utamur uersibus: Oderunt peccare mali formidine pœnæ: Oderunt peccare boni uirtutis amore: Timorem autē nō aliū q̄ ꝓpriæ mortis ante oculos ꝓponēdū primo putauerim multas ob cās: Is enim congenitus ē nobis: sed quadam quasi incuria obliuioni mandatus: ē & quasi radix & seminariū cæterarum formidinū: Quoniā fere omnia icōmoda & aduersa tanq̄ uel mortē corporis uel proxima morti afferentia metuimus: Nec

Poetæ uāl.

secundam mortē terroris aliquid incutere hominibus uidemus: nisi primæ mortis cogitatio primum cogitatū secūdæ pcesserit. Et hoc ideo magis debemus efficere. quia hæc nræ istantis dissolutionis obliuio Fere omnium malorꝝ ē cā: Quā nihilomagis phorrescere cernimus hoīes q̄ quæ ad se oīo nō attinent. Duæ nimirum res ad remouendum terrorem potissimam uim habēt: Mali formidandi distantia & patiendi necessitas: his fere fit ut mortem nō paueamus: Fit etiam ut ī uitia pcipites ruamus. Sed q̄ in utroq; magnopere allucinemur ostēdendum. Timor pturbatio est quædā dolor ue ob imaginationē futuri mali corruptionem afferentis auctore Aristot. in rhetoricis: Ex quo cōsequit̄ nihil magis timēdū esse q̄ mortem: quæ non modo futura: sed necessario futura: Quæ non solum corruptionem inferre pōt: sed ipsa corruptio ē: Cum secundum Themistii sententiam ea nihil sit aliud q̄ dissolutio dissipatioq; ꝯpositi pquā ptes ī generalitatē. i. in naturā suā recurrentes reciprocantesq; feruntur uniuersitati: Nec ēt dolor eo uehementior acriorq; potest excogitari quem alteratio illa mortem præcedens & efficiens affert secum: Sed tamen euenit interdum ut hæc mors nobis magnope non sit formidini magno nō sit terrori: quando sicut ante ostendimus eā īmine re non cernimus: sed ueluti de longinquo uenientem eminus aspicimus: Oēs. n. se morituros scire ait Aristot. sed quādo nō de propinquo iccirco non curare! At fallimur & qdem pnitiose: semp est a tergo mors: clāculum & inopinate grassat̄: unde etiam eo magis metuēda quo incertior est eius aduentus quoq; magis minitans: & mille telis semp obarmata graditur ad bellum: bellum inquam: quod continue nobiscum gerit. Nā haud unquam cessat uitalis calor humidum intraneū naturæ ope per uiua corpora diffusuꝫ illiq; ueluti pabulū delicatū cōsumere: Quousq; aliqd ī nobis uitalis hūidi remanet naturali morte nō deficimus: cum deest corruimus. uerꝝ sæpissime fit & fere semp ut ab hūido nimio excrementitioq; calor obruat̄ Nec secus q̄ multiplicata ānona cuius horreum capax nō sit insupportabili pondere tectū simul cum habitātibus decidit. Taceo īsidias malorꝝ hominū & aliis & sibi ipsis quādoq; mor

Quæ faciant ad terrorē remouendum. qd sit timor

Cāæ mortis ītraneæ

Cāæ extraneæ.

tẽ intentãtiũ:quæ tot ſunt tãq̃ uariæ:ut ad certuꝫ numerũ re
digi nõ poſſint:Q uæ oĩa ſi cogitaremus:ꝓpe eẽ mortẽ iudi-
caremus:& timore iuſto trepidaremus parantes munitiones
& inſtrumenta bellica quæ pſentanea forent remedia ad pro
pulſandã illius iniuriã:pſertiꝫ cũ nulla ſit ps uite nõ plena ma
lis:ut recte ait celebratus ille Socrates apud Xenocratẽ. Por-
ro quo ad ipſam neceſſitatẽ piter fallimur:Nã ea quoꝝ neceſ
ſitas excludit timorẽ mala ſũt quæ ueluti pſentia iam iamq̃ i
minẽtia exiſtimant:nec q̃ rõne euitari poſſint ſuccurrit:ut de
his q pœna capitali afficiẽdi ſunt Ariſtoteles meminit. At ſi
uel pauxillũ ſpei retineat ſtatim timor ſubintrat quo id quod
ſpauimus dubitamus amittere. Vñ põt intelligi. maiorẽ ter-
roreꝫ nobis ĩfligi iure nõ poſſe ex his:quæ i hac uita cõtinget
hõini pñt q̃ ex ꝓpriæ mortis cogitatiõe. De naturæ nõ d̃ cul
pæ malis loqmur:quæ ꝓprie ut Thomas edocet cũ in nr̃a po
teſtate eoꝝ actus ꝯſitãt rõne terribilis carent:quã ꝓprie & pe-
culiariter hñt quæ extrinſecus aduenitunt: nec nr̃æ ſubſunt
uoluntati:In morte aũt q̃ nihil terribilius uolũtas nr̃a nõ hꝫ i
perium. Ea igit cũ ſemp minet ſe uenturã:qd̃ futuꝝ eſt neceſ
ſario nec qñ futuꝝ queamus deprehendere. Aduentus hora
eo formidabilior quo ĩcertior nr̃æ menti dꝫ ĩſidet. Ad hoc.n.
cõditor nr̃ ut ait Gregorius latet uoluit finẽ nr̃m diemq̃ nr̃æ
mortis eſſe ĩcognitũ:ut dũ ſemp ignorat:ſemp ꝓximus eſſe
credat:Poſceret hic locũ belluꝫ aduerſus diuinatriceꝫ Aſtro
logiã & ꝓfeſſorũ eius deliramenta:quæ octogita ſæpe uitæ a
mos pollicẽt:& p ſingulas annoꝝ reuolutõnes ſecuritatem a
morte:Sꝫ poſtq̃ Ioãnes Picus patruus duodecim libris nũq̃
ſatis ꝓ dignitate laudatis ꝓfeſſioneꝫ ipſam ꝓprio ĩgenio ꝓpri
iſq̃ ĩuentis ex toto deleuit ꝓfeſſoreſq̃ ꝓſtrauit d̃ hac materia
ĩ pſentia ſubſticebimus. Relegandi.n.illuc ſunt ſtudioſi om-
nes auidiq̃ noſcendæ ueritatis:Nã ſupioribuſ menſibus opa
nr̃a & ab ĩteritu uẽdicati ſũt:& publicati. Sola hoc i loco Xp̃i
auctoritate ſuffulti abigemus eoꝝ ſuperſtitionem ne amplius
q̃ ſuſceptum expoſtulet negocium euagemur. Is enim in euã
gelio uigilare nos monuit: cum diem & horam mortis ne-
ſciamus. Nec puto quẽquã (niſi falli cupit) adduci poſſe:

ut potius nugiuēdis Astrologis mancipare uelit fidē q̄ Deo non audire mortemq̄ tanquam īminentem etiam non expectare.

Quā q̄ mors euitari non potest aliquibus tamen de causis & timenda est & ad memoriam reuocanda. Itē quomō ab ipa memoria quodāmodo superet. Cap. Tertium.

SCire tamen oportet non eo modo mortem eē timendam quo res aliæ nocumentum nobis afferētes metuuntur quas tamen euitare ꝓcurremus: Nam hominibus mori semel statutū ē: docente id Apostolo: Rōne demonstrante & quotidiana cōprobante experientia. Cum nec illa nr̄a uincatur supbia: nec leniat blā ditiis: nec ætate tardet. æquo enim pulsat pede pauperum tabernas Regumq̄ turres: Cūctos pari metit falce & sepulchris uelut depositos retinet: quousq̄ uel secunda mors eos absorbeat uel secunda aduentante uita beētur. Nudos in lucē edit parens: Nudos post mortem terra deglutit: Q d si a prodigis & sagacibus ad luxuriæ instrumenta ingeniis excogitatis scitamentis gulam summates homines replet non ob id uitæ terminus eis prorogatur: nec eorū cadauera aut purpura aut auro uelata ab incorruptione seruantur iuxta illud Ambrosii Nudi homines nascimur: nulla distinctio inter cadauera mortuorum nisi forte quia grauius fetent diuitum corpora distenta luxuria: uerū mortē ipsam metuere debemus timore iusto & imitati prophetam optare nobis dominumq̄ iugiter exorare ut nostræ mentis oculos superno lumine collustret ne unq̄ obdormiamus in morte: ne quando dicat inimicus nr̄ ꝑualui aduersus eos: Nec mouere nos debet qd. M. Tullius pluribꝰ in locis Tusculanarum qōnum asseuerat: Mortis. n. contēptionem minimum ait ualere ad animum metu liberandum: Atque euꝫ qui id quod uitare nō potest metuit uiuere quieto animo nullo modo posse: Nam ipsi timendam esse mortem non ea ratione cōtēdimus: ut anxii dies ac noctes formidine illius tanta angamur. ut aspera illa cogitatōe atra bilis excitet: quæ

Nota

exuperet & flūtuet oēmq̃ nobis uitæ iucunditatē eripiat. Sʒ affirmamꝰ familiarē nobis adeo mortis meditationē eē oportere ut ꝑ eā a malis cauētes eo deueniamus ut non solū corporis mortem metuamus sed etiam supplicia illa ad quæ perpetuo & animæ reorum & corpora relegabuntur horrore magno formidemus. Quippe si sæpe ꝑpēderimus nouissimum tremendi iudicis examen quo q̃sq̃ qualis in mortis hora inuētus fuerit iudicabit: fieri uix poterit ut magna ex ꝑte (pœnæ saltem formidine) a malis operibus non trahamur. Quis rogo inficiari pōt mortem esse metuendā: cum aduentus necessitateʒ temporis incertitudo comittet: Quis celeritateʒ illius abnuat formidandam: Cū aduentare cito possit: sero nō possit: Ab ipsis profecto incunabilis ad annuʒ usq̃ sexagesimuʒ nec frustra expectari singulis diebus pōt: Vltra id tempus qui singulis eam momentis non moratur ad eāq̃ se ꝑparat excipiendā oīno insanus ē: Nā eius aduentu uel ꝑpetuæ uitæ initiū sumitur uel ꝑpetuæ mortis. Cæterū nec aliis armis ad eaʒ oppugnādā & debellādā opus habemus q̃ hac ipsa de qua agimus frequēti cogitatione & pauore: Quē bellādi modū Gregorius memoriæ ꝓdidit Docens sic mortē cū uenerit a nobis uici si prius & cogitata fuerit & formidata. Nā si cōsideraueri mus quales in morte futuri sumus nō ita ī acquirēdis momentaneis desudabimus: sed potius fragilis & breuis uitæ terminū pēsantes ad illū (mori. s. discentes) cunctas opatōes dirigemus. Quapp eueniet: ut simul & secundā mortē suppliciis inexcogitabilibus refertissimā deuitemus: & primā ēt num hoc mō supemus si. s. ad eā suscipiendā quottidiano cogitatu cōmonefacti: & ꝑ iustitiæ opa dispositi ex inimica quodāmō amicam faciemus: utpote quæ nobis accedet ad sempiterna gaudia nō ad penam.

¶ Cogitationeʒ mortis cū nostræ tum aliorū efficere ut nos ipsos magni non faciamus & abducamur a uitiis: Quod calamitatū cōsideratio q̃bus humanū ꝑmit genus sufficienter nō efficit. Cap. Quartū.

SAne uolentes undiqꝫ uitia ꝓpulsare nõ uidet̃ unde
plus copiaꝝ plus armoꝝ aduersus ea parare sibi pos
sint q̃ ex mortis cogitatõe atqꝫ terrore: nec qs ualidi
or obex maloꝝ regiæ sꝑbiæ possit opponi assidua ipsius me
moria. Nã & si multas miserias a natiuitate hõ afferat secũ: q
bus ꝑtim cõmonefactus ꝑtim ꝑculsus cohibere cupiditates: irã
qꝫ frenare deberꝫ. Tot inq̃ miserias ac tãtas ut Plinius arbitra
tus sit satis nõ esse existimare melior ne hõini parẽs natura an
tristior nouerca extiterit. ut Epicurũ sileã q ẽt atrocius ĩ ipaꝫ ĩ
uexit nihilominꝰ duriora illis obdit repagula extremæ horæ
meditatio. Quãq̃. n. natũ se nudũ hõ cognoscit & ĩ nuda hu-
mo natali die abiectuꝫ ad uagitus statim & ploratũ ad cõtinu
os eiulatus: Seqꝫ aĩal cæteris ĩꝑaturũ a primo lucis rudimẽto (
qđ ne feris qdẽ ꝯtingit) ĩ uicula excipi manibꝰ pedibꝰqꝫ deuĩ-
ctis atqꝫ a suppliciis uitã auspicari: nõ tñ adeo resipiscit qđ ẽ in
telligẽtiæ lũie & rõnis indagine ꝑ̃ditus: qn se ipsũ elata mẽte
ꝓpriãqꝫ naturã sꝑgrediat̃: Presertiꝫ si hæc ĩgenii ĩꝓbitas pes
simis auro & argẽto heris sit iũcta. Nimirũ plerũqꝫ euenit ut il
li quos a materno utero pẽdulos purpura suscipit & delicate
ab ĩcunabilis educatos escæ mari terraqꝫ quæsitæ alet̃ ĩcipiũt
magna postea stipati seruoꝝ caterua obliti friuolã originem:
quã odor a lucernarũ extinctu potuit abolere: existimẽt se ge
nitos ad sꝑbiã: fidãt uiribꝰ & forma corporis: sola fortũæ cõ
plexent̃ munera: Quæ oĩa q̃q̃ faccillima leuissimaqꝫ sunt: effi
cit tñ famæ celebritas fastosaqꝫ gloria: multum ut ueritatis ac
põderis hr̃e uideãt̃. Vulgo. n. q illa possidẽt magni æstimant̃
Quæ gloria famaqꝫ ad sũmã nihil aliud sunt q̃ meræ nugæ &
q̃dã q̃si nebulæ: q̃ spectatæ ꝓcul magnũ aliqd ꝑ̃se ferũt: ubi ꝓ
piquaueris euanescũt. Inanes ꝓfecto umbræ: & ut ait signifi-
cãtius Pĩdarus umbræ sõniũ: Sꝫ si hõ ad finẽ uitæ pẽsãdũ ani
mũ appulerit aĩaduertẽs ꝑ̃ter id ꝙ uix ẽ portiũcula sẽsilis uni
uersi: uiuẽdi ẽt spatiũ uix totius tp̃is eẽ momẽtũ: id qđ caducũ
& fluxũ ẽ nec magnũ nec eximiũ existimabit: Facileqꝫ ꝓpriæ
fiet cõscius ignorãtiæ deprehẽdẽs falsa illa eẽ: q̃ magnifacie-
bat nihiliqꝫ pẽdẽda: quæ si nõ nulla ꝓmittebãt gaudia: illa ni
hilominus nõ uera eẽ nõ solida nõ expꝛ̃ssa gaudia: sꝫ adũbrata

ſʒ imaginaria: ſeq; nō ſecus ac eos deceptū agnoſcet: q multis diuitiis ſopora nocte ditati poſtq̄ ab auaro ſōno pauliſp ſīt excuſſi dulcia diu lectū uerſantes quærūt īſōnia: donec penitus expgefacti ſe caſſa cupidine delectatos atq; ide ludificatos p cipiūt: quæ ut aduertamus q̄uis memoria futuræ oliʒ mortis efficiat: attñ ſcītilla ſpei uiuēdi diu ex ſētētia degētibꝰ nec īfir mitate laborātibꝰ manere adhuc abſtruſa uideť ſoſpite. ſ. eā p̄ ſtāte natura: ut pote cū mortis nūcios & ānambulones ſæpiſ ſime uideř deť priuſ q̄ ſit moriēdū. Hoc Iuuenes morbo affli ctāť pollicētes ſibi qđ p̄ſtare nō poſſūt: Nec ſani & ualētes ſe nes liberanť hac peſte: Cū tñ ſi hō bulla eſt eo magis ſenex (ut Varro ſcribit) Verū facillime reſcipiſcēt ſi reuocauerit ad me moriā q̄tulo ſerpētis icti dēte poſſint e uita decedere. Aut etiā Anacreō poeta ad exēplū ſuccurrat: q acino uuæ paſſæ īteri it: & Fabius ſenator ptor ī lactis hauſtu uno pilo ſtrāgulatus. At graſſari nihilominuſ nō deſiſtet ī hominē peſtis alia pnitio ſior nobis: quaſi cōgenita utpote đ naturæ p peccatū uitiatæ primordiis pullulās: Quæ ſine magna difficultate nō pōt co hiberi: Eſt enim in nobis ꝓprie excellētiæ cupido appetētiaq; diutius pmanēdi: qua cuʒ neceſſe ſit ut careamus: cum cōpoſi tū oē ex elementis ſit diſſolutioni obnoxiū & obligatū: ea ꝓcurramus agere: quæ hominū aliorū mentibus fixiſſime ſint pmāſura: Quorū ope & ſi ī ꝓpria uiuere hōis ſubſtātia nō cō cediť: illoꝶ tñ ī memoria ob ea q̄ de nobis cum admiratiōe cō ceperunt uiuere p̄ſtať & nr̄m nomē nullatenus aboleri: Hoc Ceciliū Pliniū intellexiſſe puto cū hæc uerba ꝓdidit: Quate nus negatur nobis diu uiuere relinquamus aliqd quo nos uixiſſe teſtemur: quæ ſane demētia & multos iā egit & nūc quo que nō ceſſat agere pcipites: Q ñ qd de eis hōines ſentiāt ſol licitius curāt: q̄ qđ ꝓpriæ & aīæ & corpori ſit In ppetuas æter nitates ꝓfuturū. Hoc uanæ gloriæ ſeminarium eſſe (& ex de ſiderio ſe pēnandi manare ſcriptum cōperimus. Verū ēt nec īs bono id ipm aīo molieť: & q ꝓbe rumiauerit nō mō ſe ſʒ cū ctos q ſīt futuri hōines morti addictos & obligatos ipſūq; cæli motū hoc ē uniuerſaleʒ gñatōis & corruptionis cāʒ ſiſti debe re: & elemēta cū eodē cælo renouari oportere: Quæ noua in

Rara & mi ſerabilia mortis ge nera

Apocalypsi Ioannes euangelista suspexit. Et qui probe pariter pensauerit nullum uera uita donari posse: nisi cuius nomẽ in libro uitæ scriptuꝫ fuerit: Reliquos Sathanæ tradi in æternum mancipiuꝫ ĩ meditullio terræ religãdos sempiterno igni cruciandos & a morte ipsa teste propheta depascendos. Quare fortius uitiorum repagulum mortis meditationem extare colligitur q̃ erũnarum miseriarumq; recordatio: Quibus humanum genus assidue ꝑmitẽ.

¶ Mortem cogitandam esse insinuari nobis ꝑ illud celebratum dogma Nosce teipsum: Quod qualiter ẽt sane possit intelligi declaratur. Cap: Quintũ

SEd & uetus illud Eulogium: quod ꝑ Apollinis pythii ferebatẽ oraculo admiratum undiq;: quasiq; publica (ut inquit ille) ꝓconis uoce prolatuꝫ: hoc ipsum de cogitanda morte nobis insinuatẽ: qđ nec ab Apolline pythio nec a Chilone lacedemonio (ut Plinio uisum est nec a thalete milesio ut uarie proditẽ originẽ traxit: Sꝫ a Moysi deuteronomio ut ambrosio placuit & a libro Iob monumentis utiq; multis ãnorum sæculis & ante illud oraculuꝫ & priusq; tales & chilon nasceretẽ ꝑ scriptis: Ex diuinis. n. eloquiis non modo philosophi antiquissimi sententias excerptas suã in philosophiam transtulerunt: ut est euidentissimũ: Sed & ipsi demones easdem furati sunt quo sapientiores apparerent: & homines ad sui cultuꝫ uanissima suꝑbia prouocarent. Hæc ergo (mea sententia) celebratum istud dictum nobis insinuat. Partes ex quibus compagineris aduerte: unde ueneris curato sapere: Quid acturus sis pensicula: Quis sis futurus: Quoq; tandem iturus sæpissime cogitato: Atq; illo animum diligenter appellito. Iam si partes ex quibus es constitutus cõtemplatus fueris animam & corpus: Formam uidelicet & materiam deprehendes: Si animæ spectabis naturam: partemque potissimum eam: qua ĩtelligimus & sapimus ꝑsuasissimũ

Quid sibi uelit nosce teipsum. Ex q̃bꝫ hõ constat.

habebis & īcorruptibilē ēē & īmortalē: Q d.n.corruptioni obnoxiū ē uel ex accidenti (ut ita dixerim) iterit hoc ē alio quopiam abolito: uel ex se & naturæ ꝓpriæ defectu corruere necesse habet: utroq; enim anima liberatur incommodo: Nā fieri nō posse extra cōtrouersiaȝ est: ut quod per se habet esse rei alterius iactura depereat: At anima ꝑ se subsistit: alioquin propriam opationem quæ etiam corporis nō esset quale ē intelligere non haberet. Nō eniȝ ꝑ se operari pōt: nisi quod ꝑ se existit: Anima uero cuncta corpora resq; uniuersas nosce capax ē: Quod signum ē euidentissimum se in eo intelligendi munere nō cōicare cum corpore: cum sit manifestum: nihil habere eorum quæ nouit in sui natura agnoscentem oportere: Quia notitia careret: Nec ipsa sensorio in suis functionibus indiget Cui. s. sit affixa: qñ illius organi natura determinata uniuersorum corporum agnitionem excluderet: At illa quæ ex se non subsistunt qualia sunt accidentia qualia naturales formæ qualia brutoruȝ animæ ad gñationem cōpoīti suboriri: Ad internitionē aboleri dignoscimus: quia īmersa materiæ uis omnis eorum ē. Nec bellluarum animæ propriam ullam operationē habent: Sed quicquid agunt cōe est cum animali: Neq; capaces existunt ꝑter q̄ rerum singularium in organo sensorioq; ꝑticulari receptarum. Per se uero corumpi non posse animam liquido corrogatur: Quoniam id quod ex se alicui conuenit fieri non potest ut ab eodem separet. Esse autem per se formæ conuenit quæ actus ē: A se ipso uero non separari posse actū quis ambigat? Quid q; si anima (ut quidaȝ finxere ex) materia & forma consisteret adhuc eam in corruptio & īmortalitas comitaretur. Cum ibi corruptio non habeat locum ubi contrarietas deest: Generationes enim ex contrariis & in contraria pariter & corruptiones: Intellectiuæ uero animæ inesse cōtraria nequeunt: cum quæ recipiat iuxta suæ naturæ recipiat modum: Tantumq; absit ut contrariis receptaculuȝ præbeat: ut etiam quæ suapte natura pugnantia sibiq; inuicem semꝑ aduersantia mox eā itrogressa pacē ineant: unāq; sciam (siqdem ꝯtrarioꝝ eadē est scia): rōnes eoꝝ & simulacra cōstituant. Et qd plura de animæ īmortalitate: quā oēs ex priscis phi

Aīæ īmortalitas ꝑ rōnē oñdit.

Aiæ imor-
talitas auc-
toritatibus
psuadet

losophis qui pstantissimi fuerunt & habiti sunt asseruisse cōperies: Mercurium .s. ter maximū in asclepio: Pythagoraз eiusque pceptorem Pherecidem: quem Cicero tradit primum de animarum æternitate disputauisse. Et si Apuleio credimus: primus relictis metrorum regulis prosa oratione phiam ɔscripsit. Platonē in eandem sententiam iuisse conspicies pluribus in locis cōmentationum suarum: in Timeo: i libris de re.p. In phedone maxime: i epistola ad syracusanos: huic ueritati nō solum tota illius familia: sed & Zeno atque ipse Chrisippus: quem stoicorum porticum fulcire Cicero aiebat assenserunt Sed & ipse Aristoteles non ne hoc idem cōstātissime asseruit: & in secūdo de anima libro. cū intellectū a cæteris animæ uiribus tanq̄ ppetuum a corruptibili separauit: & cum in primo scripsit si fieri posset ut propriam opationem haberent sepabilem esse prodidit quoq; in secundo libro de animalium generat intellectum corpori extrinsecus aduenire. Mitto priscorum poetarum inumeram Caterua: Mitto sibyllina Carmina: Mitto qd cyrus maior apud Xenophontem loquat: illis.n. antiqs q̄ q̄ cæcutientibus in multis errorum tenebris in tantū animæ ē credita imortalitas: ut Cato maior apud Ciceroneз ita locutus sit Q d si in hoc erro q animos hominuз esse immortales credam Libenter erro. Nec mihi hunc errorē quo delector extorqueri uolo: Sin mortuus: ut quidam minuti phi censent nihil sentiam: non uereor ne hunc errorē meum mortui phi irrideant: In hunc fere modum quaq̄ exactius sanctissima quædam cauillatio pdit: Q ua redargutum phm quendaз impiū ab religioso nostro homine ferunt. Quæro (inqt) abste imortalis ē anima nec ne: Si mortalis: credentes eam imortalē nulla incōmoda comitabuntur. At si fuerit imortalis: & id nō crediderimus maxima in nos detrimenta reddundabunt: Nō ē igit ambigendum illam esse immortalem: nec ab hoc quispiā recte dissentire pōt nisi mentis emotæ & penitus ab alienatæ fuerit. Missas ergo facientes gentiliū auctoritates & rōes etiā efficacissimas a nostris theologis qui parisiensi stilo scripserūt

Nota

excogitatas Gregorium audiamus. Qui cum in cōmentariis in Iob multas rationes ad īmortalitatem animæ probandam attulisset adiecit: Qui propter istas rationes credere noluerit: propter fidem credat: cui omnino assentienduꝫ ē Christianis potissimum quibus loquimur: Cum ex auctoritatibus utriusque testamenti exploratissimum cōptissimūq; habeatur animam esse īmortalem. Diximus de nostri pte nobiliori: Iam ad alteram hoc ē materiam transgrediendum: Quam si considerauerimus & eius desideriuꝫ & appetentiam diuersarum formarum examinauerimus: elementorūq; contrarias qualitates semp pugnantes: mortē gerere semper bellum aduersus nos fatebimur: instareq; eam propinquareq; singulis momentis aduertemus: Cum exsiccet continue uiuificum humidum naturalis calor: & contra illum sæpissime superfluuꝫ humidū obruat atq; submergat. ut supra latius ostendimus: Quæ oīa nostra mala & naturæ incommoda uitiatæ ex primi hominis peccato manarunt. At si unde uenerimus pscrutabimur: creatam a Deo nostram animam iunctamq; corpori a parentibus generato & ad formæ susceptioneꝫ disposito & aptato noscemus: ut omnes Theologi astruunt & phi recte sentientes existimarunt: Verum si qd agendum tibi cupieris intelligere: audi Augustinum dicentem fecisse Deum naturam rationaleꝫ ut summum bonum intelligeret: Intelligendo amaret: Amādo possidereꝫ. Possidēdo frueretur. Hic finis nr: hæc ꝯsumata fœlicitas: ad quā per mandatoꝝ diuinorum custodiam peruenire conceditur. Si postremo quis sis futurus: Quo ue iturus: curæ tibi fuerit sapere: & Trismegistum sciscitaueris: respondebit in Asclepio: Lucio etiam Apuleio inteprete Iustam animam in competentibus sibi locis manere permitti: Delictorum uero maculis uitiisq; obligatam in diuersa semper æternis pœnis agitatam raptari. Si Platonem etiam percunctari cordi fuerit audies in Phedone docentem Animas quæ iuste egere postq̄ a corpore disiunctæ fuerint pmiis affici. Quæ pperā detrudi in tartara ad sceleꝝ luēda supplicia sēpiterna.

Cāe mortis

Vñ uenerimus

Quid agēdum.

Quo eūdū

Et ſi ad porticum te conuerteris omnium fere ſtoicorum pre
ſertim Zenonis uocem excipies admonentis pioruȝ ſedes ab
impiis eſſe diſcretas: & illos quidem quietas ac delectabiles in
colere regiones: hos uero luere pœnas in tenebroſis locis at-
que in cæni uoraginibus horrendis. Qui Philoſophi hoc ip̃m
non docuerunt: Qui poetæ non decantarunt: Non ne apud
Homerum legit̃ fedifragos homines poſt mortem ſuppliciis
affici: Non ne apud eundem Sarpedon Neoptolemo minat̃
eius animam in inferno traditurum: Nonne apud alios legi-
mus æternas pœnas in morte timendum: Atq; etiam in ma-
gnas laxari Tartara pœnas: Sed quid ſi quaſi nugamenta ꝑ-
ſequimur: Adeamus noſtros doctores eccleſiæ lumina: ue-
ræ fidei propugnacula: Qui omnes uno ore fatebunt̃: Luere
nos pœnas ſcelerum oportere niſi ꝑ pœnitentiam deleta fue

Diuina iuſtitia

rint: Afferēt rõnes ex diuina iuſtitia: Quæ nec fallere nec fal
li pōt. Cui nullus eſſet locus ſi ꝓbis moribus homines: ꝗ hoc
in aere ſæpiſſime afflictant̃ in alia quæ futura eſt uita ſempi-
terna gaudia non manerēt: & ſceleſtos atq; ip̃ios pœnæ æter
næ: Qui tamen in hac uita uehunt̃ conſpicui: Nec eorum lu
xuriæ aut terra aut mare ſufficit: nec ē ſatis auaritiæ quicquid
uehit Tagus Pactolus & Hermus. Taceo exempla multa ī li
bris cum aliorum ſanctorum Tum maxime diui Gregorii po
ſita: ueluti de Theodorici regis anima: qui Symachum: & Io
annē Pontificem necauerat aſportari uiſa: Adeamus q̄ſo ſup
plices pro hac ueritate & clarius & uberius ꝑcipienda xp̄m de
um & hominem ꝓ nobis beandis crucem perpeſſum: Qui ꝑ-
fecto nos uigilare cōmonebit cum diem & horaȝ mortis igno
remus: Docebitq; ſe uiuos & mortuos iudicaturum: Reſurre
cturos nos in ipſoq; iudicii die ante eius conſpectum ſtatuen
dos probos quidem ad dexteram: improbos ad ſiniſtram: Il-
liſq; ſe dicturum: uenite benedicti Patres mei: Poſſidete para
tum uobis regnum a conſtitutione mundi: eſuriui.n. & dedi-
ſtis mihi manducare: ſitiui & dediſtis mihi bibere: hoſpes eraȝ
& collegiſtis me: nudus & opuiſtis me: Infirmꝰ & uiſitaſtis me
In carcere eraȝ & ueniſtis ad me: Quibus ꝑcunctātibus quā-
do in illum aut eſurientem aut ſitibundū aut nuduȝ talia pie-

tatis officia ĩpẽderint ingeminaturum Amen qppe dico uo-
bis: Quam diu fecistis uni de his fratribus meis minimis mihi
fecistis: Qui uero ꝯstituti erũt ad lœuã ppea ꝙ ea omnia quæ
ab illis fuere impleta dimiserit talia discedentes a magni regis
pñtia percepturi sunt uerba. Discedite a me Maledicti in i-
gnẽ æternum qui paratus ẽ Diabolo & angelis eius: Et ibunt
in supplicium æternum: Iusti autem in uitã æternam: Itaqꝫ si
nos ipsos probe cognouerimus non posthabebimus hæc oĩa:
presertim si diem mortis obseruauerimus: quo iter ẽ ad hæc ꝑ
petua uel supplicia uel pmia.

Eos qui suæ futuræ mortis sunt memores sæpissime in illi
us aduentu lætari: At illos impẽsissime tristari qui uenturam
ipsam minime frequenter cogitant. Cap. VI.

QVis etiam fructus (pter q̃ incitatio ad beneuiuen
dum) ex mortis cogitatione proueniat: si scire aue
mus eos uel obiter aspiciamus: qui dum uiuerent
id muneris obierunt: Certiores ꝓfecto reddemur Poetæ uãi.
factum in eis ut mortem ipsam quam ueluti maluꝫ horremus
tanq̃ bonum hac uita pstabilius appeterent: Illam formidabi
lem esse nemo iure inficiari põt quando primum compositi
bonuꝫ abducat: hoc est esse: cui cuncta adueniunt bona: & ue
lut firmissima quadam basi nituntur: Sane corruptionem ꝓ-
priam quilibet horret per quam formam a materia hoc ẽ ani-
mam a corpore disiungi necesse ẽ: corpore inquam quod fo-
uet & nutrit. Quod tanquam socium participem & collegam
suorum omnium munerum pterq̃ intelligendi conseruari cu
pit. Cui beatitatem exoptat & procurat: dulciorum nexuũ q
bus coniũcti & agglutinati extitere minime oblita: ut pote cu
ius ope eideꝫ se perficere capacemqꝫ fieri beatitudinis cõdona
tum sit: Rursumqꝫ illi post primam dissolutionem ad perpetu
um consortium uniri oportere sit a rerum omnium conditore
& opifice Deo irreuocabili lege sancitum. At cum anima cre
bro pẽsat corpus ab ipsa per mortẽ separandum: Vnde ultimi
huius officii de quo mentionem habuimus summatur initiuꝫ

Perpetui uidelicet consortii æterna trãquillitas fœlicitasq; sẽ
piterna: inhians cupit experiri qualia sint illa quæ ꝓmissa sũt
gaudia: si ad ea potissimũ se ꝑparauerit: & Xp̄m dilexerit. Cu
ius ꝑciosissimo sanguine cæli iannua patefacta ẽ. Compertuꝫ
hoc habemus in Paulo magistro gentium & uase electõis scri
bente per epistolam optare se dissolui & esse cũ Christo: Cor-
ruptionem nãq; corporis illius anima non formidabat: quæ
per illam in cælos ad beatitudinem properare satagebat. ipsi
corpori post modicum temporis spatium perpetuam uitaꝫ &
pacem paraturam. Quid enim omne etiam temporis spatiuꝫ
est æternitati comparatum? Sed parumper nostros Christia-
nos mittamus: quibus certa de salute spes: Quos. s. diuina cle
mentia certos supna reuelatione reddidit sub conditione ta-
men si. s. dei mandata seruauerint: uel si aberrantes a semita:
quæ ducit ad cælestem Hierusalem ad eandem per pœnitu-
dinem redierint. Accersamus eos. Qui tantũ auctoritate phi
losophorum humanaq; persuasione adducti sunt. Vt crede-
rent animæ immortalitatem fœlicitatemq;: Illis. n. mortẽ sæ
pissime cogitantibus cuius ope sempiterna illa cælestia dari si
bi ad possidendum crederent sæpe contigit ut etiam ad illa ca
pescenda accensis mors esset in uotis: Omnes Cyrenaici He-
gesiæ auditores sponte libẽterq; decedebãt. Nec certe Cleõ
brotus Ambratiotes inuite diem obiit: Qui sibi ipsi perle-
cto de ĩmortalitate animæ libro mortem consciuit: Quam tñ
cæcutiens ĩter densissimas umbras duntaxat coniectauerat:
Tantumq; abfuit ut fœlicitate illa potitus fuerit cuius gustan
dæ gratia migrauit e uita: ut etiam in summam inciderit per-
petuamq; miseriam. Is autem quem nuper nominaui: Hege-
sias prohibitus ob id a rege Ptolomeo dicit̃ ne (ut assolebat)
in scolis publice de contẽnenda uita dissereret: quia multi au-
dito eo sibi ipsis mortem inferebant. Massilienses etiam illi: q
uinum cicuta tempantum sumentes interibant se morteꝫ nõ
formidare testabant̃. Quiq; suas struxere pyras uiuiq; calen-
tes. Conscendere rogos: Fœminaq; illa insulæ Ceæ incola.
Quæ sexto Pompeio Valerio maximo aliisq; spectãtibus ul
timo hausto ueneno decubuit: Atq; ẽt natio illa Thratiæ: q̃

natales hominum flebiliter: exequias cum hilaritate celebra-
bant. Sit & illud nobis argumento q cuiq; terribile est quod
ignoratur: ut quod obscurum: quod tenebricosũ sit: Sicut ad
uersa ratione delectabile quod illustre quod apertum & con-
suetum habemus. Ob id philosophi illi ueræ legis expertes: i
mortalitatis capti amore sponte se ipsos enecabant Nam & si
pperaꝫ agerēt (in hoc quippe dānanť). quia tamen eius cogi
tatio illius domestica fuerat non solum cum moriendũ esset
cursu naturæ ægre dissolutionem tulissent. sed æquo etiā aīo
atq; libenter. utpote quos non lateret (q̄q̄ subobscure) futu-
ram post obitum puri animi fœlicitatem: Assequuti enim q̄n
dam eius umbram & imaginem fuerant: mediocri coniectu-
ra: Cruciatumq; illum q in discessu sentiť magis torquere q̄ di
scessum: Q uē quasi soporē futurũ tradit Timeus: Si pſertiꝫ
non suffocatione fiat: Sed paulatim deficiēte natura & tabe-
scente. Alia autem ex pte Christiani pessimi: quoruꝫ mentes
mortis unquam memoria non tetigit: nisi inuitos: Qui sepul-
chri imemores struunt domos: plurimũ mortem phorrescũt.
& in eis diuinũ illud locum hꝫ: o mors q̄ amara ē memoria tua
homini habenti pacē in diebus suis. Putant. n. nequaq̄ meruis
se gloriā nequissimis facinoribꝫ ppetratis: sed supplicia: Atq;
iccirco ægre uitæ huius blandimenta relinquunt: qbꝫ ab ini-
tio fuere deuincti: Mortēq; tm̄ fama uel de longīquo notā ad
memoriā reuocāt: eo horribiliorē: quo nunq̄ cogitataꝫ. cuius
dies non solũ his non familiaris: sed semp a uestibulo mētis &
sensus expulsus: Atq; eũ iccirco tāq̄ hostē (& qdē ifestissimũ)
expauescunt: Quibus de causis efficiť ut illud Senecæ ueruꝫ
fateamur: Venientem nemo hilaris mortem recipit: nisi qui se
ad illam diu cōposuerit.

Sapientis eē cogitare de extremo uitæ momēto. Insipientis illius obliuisci. Cap. VII.

AT sane si nostris hominibus uitæ spatiũ ꝓgareť us
q; i qngētos ānos: quos pleriq; prisci tpis uixer. Aut
si i multa tpa nō ꝓtelareť: mō mortis diē pscirēt saltē

quandocunq; ueniret: forte non adeo apparerent insani: qui suas libidines uellent explere priusquã uitæ metas attingerent: & dum de uita certa spes esset posthabita interim mortis memoria optatis uellent oblectari blanditiis: ut pote in quoq; esset ptãte dum imineret dissolutionis dies p pœnitudinis uiã ad deum salutẽq; redire. Sed cum tam incerti sint quando uẽtura sit mors q̃ certi sunt eam omnino uenturã non possunt non esse dementissimi qui ita uiuant quasi non essent unquã morituri. Nec aliter de morte cogitent q̃ d̃ his quæ ultra sauromatas & glacialem occeanum agitantur. At hoc ipsum sapientis officium ẽ: Nam si eius est proprium (ut inter omnes philosophos conuenit suas actiones disponere in finem. ut. s. nihil deliret A missis: nihil norma denormet quo minus ex uoto affluant optata: Erit ex aduerso stulti hominis finem suum nec nosse: nec meminisse. Qui enim fieri potest p̃ter quam casu: ut finem eodem ignorato quis adipiscatur: Quando ex illius apprehensione parari cætera ad id consequendum oportuna sit necessum. Persuasissimum Christianis ẽ finem primarium & ultimum nobis p̃paratũ: si homines non bruta fuerimꝰ esse beatissimæ Trinitatis uisionem & fruitionem aptã: Quã in hac uita nequaquam possumus possidere: Sed prius eẽ moriendum: unde uel in utrunque hominem beemur æternum uel uitiis oppressi summoq; bono cõtempto sempiternas pœnas luamus. Nam diuinis scripturis edocti didicimus: si spreto Deo bono icõmutabili struendis opibꝰ per phas & nephas ambiendis & cumulandis honoribus: perpetrandis sceleribus inherebimus: in sulphure & igne pœnas dabimus: Si rursus rerum inferiorum usu contenti nostras omnes functiones & munera cunctaq;: quæ agimus in Dei gloriam (ut docet Apostolus: faciemus) nostræq; semp uigiles prospiciemus saluti cælestem nobis gloriam p̃merebimur. Mortem itaq; ueluti extremã ianuã qua ad ppetuam uel uitam uel mortẽ dat̃ introitus habere ĩ memoria operæpcium ẽ: ne ĩ quærendis & disponẽdis mediis aberremus: Sæpius. n. fit ut quæ fini consequẽdo oportuna credimus alio ducant. Atq; ob id adhærẽtes eis ab illo quod fuerat in uotis assequi lõge absimus. Quæret qs

Sapientis officium

Christianorum finis.

piam Romã cõcedere audiẽs situm esse lucum in itineris me
ditullio: quo grassatores pmulti degant: qui pegre pficiscen-
tes & spolient uestibus & saepe trucident: Alia nõ det ire uia.
Dubitabis ne appellare eũ delirі capitis hominẽ: q priusquã
domo discedat Romã uersus iter facturus: non cogitet arma
tus incedere: ualido etiam stipatus comitatu: Paratus. I. ad p-
pulsandã uim: si quã inferre Sicarii molirent: uel si arma forte
desint: aut amicorũ seruorum ue cunei: onustus auro & argẽto
inermisq penitus capessat iter: qui inq̃ nõ maluerit leui comit
tatus cãna Romã contendere: uillatico indutus pãno: & eo ẽt
longo temporis usu corroso: unde cantare possit coram latro
nibus uiator uacuus: utpote cum quo nihil oĩno lucrari possit
crudelis insidiator. At insaniorẽ ẽt iudicabis illum. nisi & tu
eodem laboraueris morbo) q nullã insidiosi luci memoriã ha
bere uoluerit. Sapientẽ cõtra qui q̃primũ periculi fama ad eius
aures puenerit parare tutũ sibi iter pcurabit: sapiẽtissimũ illũ
q priori munitione nõ cõtẽtus q̃ fieri põt saepissime ad memo
riã reuocat nemus formidabile: excogitãs plurimas euadẽdi
uias quo tandẽ optatã Romã pueiat. Nos uero: q nõ Romã
sed Hierusalẽ: non illã: quae in iudea sz quae in caelis pegrini p
ficiscimur (q̃ diu enim sumus in hoc corpore (ut inquit Apo-
stolus) peregrinamur a dño) obscurã syluã latronibus obsitã
necesse habemus appellere: Hanc nõ impune pterire dat diui
tibus: nisi stipati ppugnatoribus transmeẽt: amicosq pparẽt
de mamona factos iniquitatis. qui se p picula comitent: uirtu
tes asciscãt qbus armẽt: aut si quã possederint caute custodiãt
ne mũdus isidiis: Demon pstigiis atq fallatiis: sẽsus illecebris
eas depraedent: qbus inq̃ resistere populabũdis hostibus ualeãt:
eisq inuitis optatã metã attingere: Verum laborantibus ino
pia non tanto cõmeatu: nõ ualido opus ẽ apparatu: Naturae
dona illibata custodiãt: a Deo q̃rant: crebroq postulent: Pau
periem nõ aegre ferãt: imo exultãtes excipiant: Qui cũ opibus
careant ẽt impedimento carẽt: Ditẽt uirtutibus: qbus acq̃rẽdis
nõ opus ẽ ad indos nauigent: aut pte sub occidua trãs Hercu
lis Colũnas: ut nr̃os hõines facere solere meminimus: uilissi- Vbiq uirtus
mae ẽt eruginis gr̃a. Vbi ubi locorum fueris psto ẽ uirtus: mõ ẽ iueniri

illius consortiũ nõ dedigneris. His sane p̄sidiis per nemus te-
nebrosuꝫ & refertũ latronũ decipulis iter facientes: Hierusalẽ
p̄ueniemus. tutiores si fama periculi hausta nunquã illius ob
liuiscemur: q̄d salute semper & libera euasiõe cogitabũdi: Sꝫ q̄
so qs nr̄m se moriturũ ignorat. Vñ uel ascendat ad cœluꝫ uel
detrudat̃ ad iferos. Quis dep̄dabundos aiaꝝ demones: uitæ
extrema hora nobis sẽper isidiari aut nõ audiuit: aut nõ legit:
ut socios prius seleris efficiat illusione suggestiõeq; uaria: Dei
de supplicii. Nullus ergo nõ stultus q̄ hæc minime meditet̃:
Nullus non sapiens qui semper horum memor est semper sa
gax & promptus in consideranda morte: querendisq; & asci-
scendii sibi omni exparte adiumtis: nec non dispositus ad illã
q̄ñcunq; uenerit alacrit̃ suscipiẽdã: huc etiam philosophoruꝫ
oïum recte ꝯtemplãtium studium tetendit: hac iter esse ad fœ
licitatem iudicauerũt ph̄i. Atq; iter Theologos ꝯstat locum
hunc esse certaminis finem: Quo. s. strenui milites coronent̃.

Sanctissimos hoĩes mortis cogitatõe usos fuisse freq̄uẽtissi
me atq; ueros ph̄os nec xp̄i fideꝫ p̄fessos.

Cap. viii.

HAc etiã nũ cogitatiõe ueluti scuto in p̄lio aduersus
demones se tutatos fortissimos athletas ecclesiæ le
gimus: quod reliquis cõmilitonibus utendum pari
ter tradidere eiusque uim & impenetrabile pene co
riuꝫ & celebrauere & habuere in delitiis plusquam multiplex
illud suum tegumentum Thelamonius Aiax. Huius tutellæ
memor Hieronymus memento aiebat mortis tuæ & nõ pec-
cabis Qui se quotidie recordat̃ esse morituruꝫ cõtẽnit p̄setia
& ad futura festinat: q̄d a sapientissimo illo Salomone & q̄ñq;
fuisse exploratũ & renunciatuꝫ p̄spexerat: Ecclesia quoq; ma
gr̄a ueritatis media uita nos esse ĩ morte ꝯcinit: ut. s. q̄d cito su
mus futuri uelimus nolimus assidua memoria repetamus: his

armis īpugna sæpe defensus Gregorius in libro illo moraliū nunq̄ satis ꝓdignitate laudato ꝓdidit memoriæ nihil sic ad cōdomādū appetitū desideriorū carnaliū ualere q̄ ut unusq̄sq̄ hoc qđ uiuū diligebat mortuū pensitaret. Idē Ezechielis ꝓphetiā enarrās cōditorē nr̄m mortis diē nobis esse ignotum uoluisse cōmostrat: ut dum semper ignoraret: semper ꝓximus crederet. Prodidit etiā Augustinus nihil æque a pccō reuocare ac assiduā mortis meditatōem. Sed & audiamus Bernardum deuotissimū atq̄ doctissimum: sꝫ hoc ultimo titulo uulgo fraudatum nulla certe sua culpa nullo demerito: qñ & ob eius scripta q̄ doctrina solida atq̄ salubri undiq̄ scaturiūt: & ob ualidissimas disputatōes ī Gilbertum & Petrū Abelardū (quarū ope ab distorto calle erroris atq̄ mendaci ad ueritatis semitā rediere) docti sibi nomen uendicauit: Hic acie mentis ī Dei ɔtēplatōe primū ꝓductus rursūq̄ ad corpꝰ reflexus: talia meditās seipꝫ alloq̄bat: Certū ē q̄ morieris: & īcertum est qñ aut quō aut ubi: qm̄ ubiq̄ te mors expectat: Tu quoq̄ si sapiens fueris ubiq̄ eā expectabis: Hæc tātum occurrerēt de celebratis: Hisce doctoribꝰ: q̄ in medium afferrent: q̄q̄ nec difficulter mille huiusmodi snīæ redigi possent iniustū uolumē. Omitto dñi nr̄i Iesu Xp̄i monitiones euāgelicas ī ecclesia ɔtinue personātes qbꝰ lꝫ nullibi alia mortis nostræ ꝓtestatio reperiret lꝫ minime uideremus ex uiuis quottidie mortuos fieri: tātum adhibere deberemus & attentionis & fidei. ut fere nihil aliud cogitaremus. Sꝫ & a ph̄is quoq̄ gentilibꝰ ignauiæ coarguimur: Qui mortis meminisse nos oportere diffiniunt. Pithagoras primū natus tot sæculis ante uirginis partū: Atq̄ ipse Plato: q naturæ lūine adiutus: sagaci m̄te plustrās hoīū uitā censuit ph̄iæ studium cui nauarat assiduā operā mortis eē meditationem. Idem existimauit. M. Varro idem. M. T. Cicero qđ etiā scriptum abūdē reliq̄t Idē Seneca: Qui statuit ī epistolis nihil æque Homini proficere ad temperantiā omniū rerū q̄ frequentem huius breuis æui cogitationē: monuitq̄ ī oī actōe ad mōtē eē respiciēdū. & iterū libro naturaliū q̄ōnū adeo

familiarē nobis mortē cogitatōne efficiēdā eē ut possimus illi obuiā exire: hoc ipsum cōsiliū (ne oēs pcēseā singulatiʒ) quosq; recte sentientes dedisse nobis cōpiemus. Nā q̄q̄ phoꝝ plurimi conscii oīno nō fuerunt futuræ gloriæ. quæ in nobis ab ostēso tramite ueritatis nō delirantibus reuelabiť (ea. n. sola fide teneť): scintilla tñ æterni luminis oīum mēti ꝯgenita: quā lumen uultus Dei sup nos signatū Dauid appellat: ueritates eas: quæ ad rectæ uiuēdum ptinēt: illos edocuit: Quo circa fere omnes & osores uitioꝝ & amatores uirtutū extitere.

¶ Eadē cogitatōe tres decipulas iniq demōis a nobis euitari Itē malis hōinibꝫ nō esse pacē. Iteʒ cauere nos facile a uitiis: & uirtutes acqrere. Cap. Nonum

EX hac demū ꝯsideratione expelli uitioꝝ origīes: uirtutes acciri psuasissimū ē. Tris sane decipulas paratas demon custodit: qbꝫ ꝓpinquātes ī easq; uel pauxillū īpigentes: facile ruamus in uitia: Quæ sūt inane gaudiū: Ad spiritualia obeunda munera pigra durities: fluxaꝝ reꝝ affluentia. Nec quēq̄ saluti ꝓpriæ bñ ꝯsulētē latent. Præfert. n. prīo ludicræ nec ueræ: sed magnæ lætitiæ spēm: Quā postq̄ hauserint oculi eius nimia cupidine oblectati hallucinatiq; fixiori obtutu: primario illam sensui psentāt: Mox appetitus in eam spe potiundi progrediť: Quod cum aduertit q & astu & dolis aduersus nos dimicat: imaginē illam obtegit & multis adumbrat difficultatibus: Quo irascentia excitetur: bonū semp sed arduū deposēs. Atq; in hunc modū sensilis hō modo sperat modo meret quousq; uoti cōpos efficiať: Sicq; inescatur trahiť ad rhetia. Hoc qppe in uotis ē demoni ut occupatos semper nos teneat in quibus delectemur: ne mētis oculos uel ad æterna bona leuemus: uel ad mortē q̄ iminet īferniq; poenas formidabiles deflectamus: Vñ alia fabricať decipula: Cum illis: quæ uidenť quæ psto sť sensibꝫ īpediti irretitiq; ad spiritalia ꝓsequēda: q̄. s. nō uidenť carneis oculis: ñ mouemur. Ex q̄ iter ē ad tertiā foueā: qñqdē q tpalibꝫ stipati bonis: quæ forte mille īsidiis mille ēt anxietatibꝫ sibi coacertuaue

rūt:in hisq; corpprīū mersauerūt:quæ futura necessario sunt negligunt:ea tāto feruentius amātes inania bona q̄to laborio sius sunt cōpata: Nec.n.diabolus amicis suis hoc est eis q post habito Deo sibi adhærent:momentaneæ delectatōis grā cō cedit optata:absq; erūnarū admixtiōe: Aut eosdē ēt iter ptas delitias nō affligit:s3 arā īfœlicitatis ex primo amicitiæ mo- mento iptit. Cū nō sit pax ipiis testante pphia imo Deo p os p phetæ.quas rogo putādū est moles molestiaꝝ circūstare diui tes illos:q ī omē nephas iuere:ut diuitias sibi & posteris ppara rent! Quibꝰq; pcellis erūnaꝝ exæstuāt. O si cerni daret iter- nos cōsciæ morsus:qbꝰ semp afflictant:rodunt:laniāt: Præ berent īspectantibꝰ nobis triste s3 salubre spectaculū: Aspice remus cōtemplaremurq; nō mō Dei cōtemptores subterra- neo i loco dare pœnas sceleꝝ. Veꝝ ēt dū sublimes uehunt:dū honorant:dū rogant:dū auro coopiunt:dū eoꝝ fœlicitati:q̄ sūma ī hac uita infœlicitas est:a stultis:q eos ītus & in cute nō nouerūt iuidet: Mōtis uero dies cū ad memoriā:reuocat gau dia illa tā spetiosa tā honorata turpia uident & uilescunt:eoꝝ magnitudo decrescit: Qui.n.pulchrū uideri pōt qd sit magis umbratilis pulchri similitudo q̄ pulchrū. Quid opus est hono rare id:qd nec uirtutis capax sit nec finis possideat rōnem.sed mox interiturū:corruptiōi obnoxiū & obligatū: Cur magnū illud existimamus:quod caducū est qd semp minuit.rodit:& ab ipo tpe absumit: Nō ne dementiæ extremæ ē sibi tot āno rū curriculis tot laboribꝰ īhiādo cōq̄rere q̄ uel ictu oculi mors arripiat & trāsferat adhæredes:q psæpe ipamet luxuriose dis pdāt atq; uno etiā ī symposio lyguriāt. Qd nisi simus īsanio- res horeste:postq̄ pcepimus oportere nos uel ī bonis uel ī ma lis opibꝰ desudare:ad ea ꝯuertemus aīu3 q̄ māsura & stabilia st:uñ & cauti īstructiq; iter aliud īcedemus:eas uitātes īsidias: q̄s ī nr̄am pnitiem tetendisse Demone3 oñdimus. Deseremꝰ oblectamenta carnis: Auocabimus mente3 a sensibꝰ. illoq; fi gemus eius acie3.uñ nobis maximi puentus opu3 bonoꝝ eue niāt: Illas struer opes incipiemus:illos:effodere & congregare thesauros: Quos aduenien s mors tm̄ absit ut auferat:ut etiā cumulatius reddat. Cæterum & Apostoli pcepto obsequen-

Nota

tes: affluentibus diuitiis cor non opponemus. atque ad implendũ illud Xpi alacres & laeti descendemus: Assiscentes nobis amicos de mamona factos iniquitatis: q cũ defecerimus: nos recipiant in aeterna tabernacula. Hac nimirum cõsideratiõe haec uitantur icõmoda haec uitiorum radices euellunt: Nã multa quae a maiorum hõinũ turba patrant: hac spe factũ iri: luce clarius cõspicitur: ut. s. diutine possideant: Verum si aduenięte morte: quae cogitatus plurimos abrumpit cuiusque hora hinc incerta ẽ semper que uacillãs: inde semper ppinquãs semper minitãs: talibus lõgo tpe se uti non posse meminerint: Credendum ẽ forte ut rapiendi & coaceruandi diuitias ardor extinguat: & ad capescẽdas uirtutes tãto acrius iflãment: quãto minus trãseundi spatii pscriptum sibi tps cõiectura asseq poterunt: q nũq falli credãt: si minimũ existimẽt qd residuũ ẽ: sicut nõ nisi pnitiose ludificari: si abesse illud putãt a foribus uel pauxillũ: Quae cũ ita sint excutit sõnus ab eorũ oculis: & uigiles fiunt ad psequẽdas uirtutes Sed iam ppat i finẽ orõ: poscitque ut exeqmur q libro tertio tractaturos nos pmisimus: Q m duobus pcedẽtibus & amare & timere aiam oñdimus: pariterque quid cogitare debeamus assidue monstrauimus ne aut i amando aut itimẽdo deerremus.

LIBER TETIVS IO. FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DE MORTE CHRISTI ET PROPRIA COGITANDA.

Quid supioribus libris actũ sit: & qd deiceps agendũ. Cap. I.

SVPERIORIBVS Libris in uniuersum sed stri ctim ẽt & cursim docuimus ex iugi cogitatõne mortis Xpi & ppriae uitiorum fomenta facillime posse tolli: uirtutũ plantari radices: atque earum ẽt icremẽta iuuari. Hoc aũt quẽ hẽmus pmanibus diuia suffragãte ope cõfidimus declarar utraque id munus cõmodissime obiri posse: Atque hunc ordinẽ seruaturi summus ut nunquã i aliquo libri capite de una mẽtionẽ ha

beamus: quin & de altera statim disseramus. Porro meditatio
nes hæ præter id (quod inter primi libri initia dictũ est hac rõ
ne sibi quadrãt & cõsentiũt: ut mõ timor mortis & gehẽnæ ꝺ
pssi: mõ cõcalefacti amore & excitati feruidius opemur. Q ꝺ
si pfecti hoĩes nõ laborent formidine: qñ perfecta charitas (ut
Apostolus ait) mittit foras timorez: Verũtñ cogitatio mortis
tantũ abest: ut eis noceat. ꝙ etiã illos ad amãdũ acrius accen
dat: Quãdoqdez optati Christi præsentia ad plenũ frui se nõ
posse nouerint: nisi prius anima migret a corpore. Imperfecti
uero atqꝫ etiã pficientes q. s. aliqd adhuc de mũdo diligũt: nec
ad ultramundana fortiter animũ eleuauerũt: cognoscentes a
morẽ fluxarꝫ rerꝫ finiri oportere destituunt spe diuturne potiũ
di: m tẽqꝫ alio uoluunt salubriori adhibito ꝯsilio: studiũqꝫ oẽ ĩ
amãdo xpo cõuertũt: Atqꝫ hũc ĩ modũ iter amorẽ & timorez
positi demonuz laqueos euadũt. Nã si bñficia: q̃ p eius crucẽ
humano generi collata sunt recolamus: Eaqꝫ cõtemplemur q̃
p eandem ĩ nos ẽt si recte uixerimus existere debent rapimur ĩ
amorẽ Iuxta illud pphetæ: cõcaluit cor meũ intra me: & ĩ me
ditatione mea exardescit ignis: Rursus cum pcussi horrore p
priæ mortis: q̃ (si tot etiã uiueremus ãnos quot prisci illi p̃res
ante cataclysmum uixere) æternitatis pportõe uẽtura ẽ ocys
sime recordamur extraria hæc oĩa quæ sub oculos ueniunt ap
pettenda: qbꝫ aquirendis tãtope laborat humanũ genus: ueli
mus nolimus eẽ relinquẽda facile fiet ut cõtẽptis momenta
neis illecebris ad eundẽ Xp̃m amãdũ ascendamus: Quo cuz
puenerimus subaratos nos spe futuræ fœlicitatis noscamus:
Nã ex ui amoris ĩ amatũ xp̃m trãsformati eius naturæ ptici
pes p naturæ modulo fiemus: utrãqꝫ: ueritatẽ & uitaz q̃ oĩa ille
met sunt p nr̃a capacitate tenebimus. Nemini. n. p auia uagã
ti optatã ꝯtingit metã attingere: Nec ullus unq̃ ueritatis ope
frustratus errores deuitauit: nec uita destitutus uiuere potuit.
Nunc impleturi quod pmissimus primo de pecatis succiden
dis: scdo de serendis uirtutibus uerba faciemus libatis prius q
busdã de pccõ deqꝫ capitalibꝫ uitiis: Ne plixior q̃ esset oportu
nũ disputatio nr̃a fierz atqꝫ ꝯfusior: Et q̃q̃ ꝺ pcõ ĩ uniuersũ mẽ
tio sit hita: ñ dũ tñ eius rõnẽ (qꝺ ñ ẽ ptereũdum explicauimꝰ

Supposuimus .n. generalia q̄dā de eius natura & effectibꝰ:no ta uidelicet satis atq; uulgata:ut moris est Aristotelis & phoꝝ plurimoꝝ:q añ q̄ qd sit id de quo disputet̃ ꝑscruptent̃:& eius ꝓprietates peculiariaq; munera exequant̃:qđ sit supponunt: ac q̄dā p̄mittūt talis rei munia ab oībꝰ fere uisa & aīaduersa. Verūtñ hoc in loco nō de ipsius peccati natura curiose ꝑscru tabimur:nec de ipsius subiecto nec đ reatu remanente:nec an quo ad actū sit aliqd quo ad deformitatȝ penitus nihil: & mul tis huiusmōi q̄ diligentissime a nr̄is theologis sūt ꝑtractata.sȝ nō nullas peccati descriptōes speciesq; tāgemus.

Quid sit pctm̄. Iteȝ đ originali & actuali:qđ ī mortale & uenia le diuidit̃.& quō unū ab altero discerni queat. Cap.II:

p

PEccatū siue ī opibꝰ naturæ siue artis naturæ imita tricis:siue ī moribꝰ illud ꝯtemplemur:nihil aliud eē uidet̃ q̄ deflexio q̄dam & exorbitatio patrati actus a rectitudine debita.& ab hoc errādi gn̄e rōnalis ali quā creatura:nisi oīno ꝑ dei gr̄am stabilita nō eximit̃. Sola.n. diuina uolūtas cū ad supiorem regulā nō dirigat̃ (Deo.n.ni hil supius)ipsissima est(ut ita dixerim)directio & rectitudo: Cuius participatu & conformitate cætera rectitudinem & ꝑ fectioneȝ ꝓprioꝝ operū assequunt̃:Quā q nō aduertūt & ob seruāt nō delirare nō pn̄t. Ipi uero de pccis hōium dūtaxat ac turi sumus. O currit īprimis Augustini sn̄ia definientis Pccm̄ esse dictū factū uel cōcupitū cōtra legem æt̃nā:Cūcta paucis uerbis cōphendens ad intellectualis naturæ pccm̄ ꝑtinentia: Formā uidelicet & materiā:sortit̃.n.deformitatem humanus actus:ex ipsa inordiatōe ad finem:uel regulā. At duplex est regula:qua nr̄a metiamur opa:æt̃na una de q̄ locuti sumus q̄ Dei uoluntas est:& quasi rō(ut Thomas ait) Altera:q̄ in no bis est:intellectus.s.cui diuinæ suæ legis scintillā quandā īdi dit Deus qua cognoscimus qd ꝓseq qd aufugere debeamus. Quare cum Propheta seipsum pcunctaret̃ quis ostendet no bis bona. Respondit:signatuȝ est super nos lumen uultus tui dn̄e. Vtrunq; euidentissime complexus est Augustinus:unū

quod ad subām humani actus pertinet: qui quasi peccati materia est dictum. s. factum uel concupitum: Alterum in quo deformitas actus inordinatioq; consistit ad formam peccati spectans: per quod iugo diuinæ uoluntatis & legis excusso puersa uoluntate feruntur inuetitum. Illorum namq; q rōne sunt prediti peccatum adeo uoluntarium est (quemadmodum ipse Augustinus. edisserit) ut si non sit uoluntarium non sit peccatum uoluntariū intelligimus non pro eo solum φ quis suæ spontis existens libera pagit uoluntate atq; libenter: Sed pro illo etiam nū quod quis uel desiderat uel eloquitur uel factitat alioquin omissurus nisi rōne cuiuspiam noliti ad id prosequēdum quodāmodo astringeret. Exēpli cā Minatur stuprator quispiam interitum puellæ uel ui uel dolo redactæ in potestatem nisi se abuti pmittat: laxat illa corpus in illicitam uenerē nequaquam illo cessante hoc ipsum factura: incidit protinus i peccatum nec temporarium aut expiabile: sed nisi priusquā migret e uita debita illud pœnitudine deleat sempiternis tormentis mulctandum: quoniam ab Dei uoluntate legeq; deflectit: quæ imobiliter sanxit debere nos malle corpus occidi q̄ animam: Scit enim uel ad sciendum obligata est quibuslibꝫ actibus uenereis p̄terq̄ in matrimonio deberi ppetuā pœnā: Cui ueritati consentiens Aristoteles in Ethicis ad Nicomachū censuit potius moriendum esse q̄ turpiter agendū: Edoctus naturali lūine uirtutem animi corpori omnino p̄ferēdā. Reliquas Augustini de peccato descriptiones aliorūq; Theologorum uel huius quam attulimus partes extare deprehenditur: uel ad ipsam reduci posse cōmodissime: ut illa quæ i primo de libero arbitrio posita declarat nil aliud peccatum esse nisi cū relictis æternis rebus temporalia sectamur: & in libro trium & octuaginta qōnum omnem humanam puersitatem uti fruendis & frui utendis: Et alibi uoluntatē retinēdi quod iustitia uetat: Vt illa quoq; Ambrosii in libro de paradiso finientis peccatum esse puaricationem diuinæ legis & cælestium inobedientiam mandatorum. Verum hoc nomen: Peccatū non secundum unam & eandem ratiomem de omni peccato dici credendū: sed secundum Analogiā. Illud Theologi ptiū

Volūtariū duplex.
Exēplum

Peccatum origiale qd

Peccatum actuale qd

Mortale qd

Veniale qd

Quõ mortale pcc̃m a ueiali possit discerni.

tur in originale & actuale. originale nuncupat̃ quo ex parentibus descendentes ob Adæ peccatum inficimur: unde cuncta fluxere peccata. Atq; huic malo sacri baptismatis unde opitulat̃: uires tñ animæ ob uulnus ab eo sibi iflictum pnitatem qnda ad malũ legẽq; carnis rõni infestam retinent. Quæ qdem lex multis censetur nominibus: Cuius nocumentum his uerbis Paulus apostolus exp̃ssit. uideo aliã legẽ i mẽbris meis repugnantẽ legi mentis meæ & captiuantẽ me in lege peccati. Actuale uero ẽ id: quod conscii nostrorum operum & uolentes perpetramus. Hoc in mortale & ueniale secat̃. Mortale appellarunt: quo aduersus Deum aut proximum libera uoluntate delinquentes digni æterna morte efficimur: Veniale uero uocauerunt: quod temporanea pœna mulctanduz sit. qualis est actus ille: qui uel ex sui natura nec contra deum sit proximum ue: Sed præter legẽ dei: nec decenti cum charitate paratus examussimq; directus ad dei gloriam: aut ipsa cogitatione aut habitu: uel q ex inpfectione mereatur ueniaz: Quod q̃liter accidat breuiter & ueluti itranscursu explicabimus: ut cõmode mõtale a ueniali secerni queat: Cum aut Diaboli sugestio sensiz obrepit aĩum: Aut eũdẽ illecebra mũdi quatit: aut carnis pulsat titillatio: ut delinita appetentia & ex ppetrandi facinoris occasione: nutabunda flectat in malũ. Fieri minime põt ut non citetur rõ cũ uolũtate: inuiteq; uel ad acceptandũ facinus oblatum uel ad respuendum & eliminandũ: Aut saltem non consultet̃: (nisi id forte cuipiam insanæ mentis accideret: usuq; arbitrii liberi carenti: de quo pccõrum genet̃ in p̃sentia non ẽ sermo) quæ postq̃ seu d̃ consilio reqsita: seu ad ferendam sñiam postulata fuerit: ex sublimi illa mentis specula contemplat̃: quid quisq; illorum: Mũdus: Caro: Demon machinat̃ in suis finibꝫ suaq; ditione: uel eos tunc excipit ut amicos: blande & comiter amplexatur: uel ut hostes & quidem pnitiosissimos fugat & insequit̃: Si recipit illos hoc ẽ si consentit surreptioni. mortaliter peccatum ẽ: si repellit: consideranda in repellendo diligenterque animaduertenda est uel mora

uel cele[illegible]ritas. Naꝫ si protinus simulac cognouerit moliri eos quippiam in sui pnitiem ad depellẽdos ipos q̃nta maxima po test ui descendit: tantuꝫ abest ut peccet: ut etiaꝫ q̃ optime me reat: Si uero pauxillum imorat: non tamen acquiescat illorũ dolis. Sed hæsitabunda nutet puo temporis momento: ueni ale ẽ: Si multo hoc ẽ ubi sufficiẽs ei tempus pstituꝫ fuerit ad d liberandum quid agere oporteat: & demulcẽte cupiditate hæ reat in uestigio: nec se hostẽ demonstret illorum æterna mor te dignum ẽ crimen: Q uapp nostri Theologi tradiderũt ex consensu uero uel interp̃tato: hoc ẽ debito ad ferendam sentẽ tiam obtento tẽporis spacio: quo quis in peccati consideran di delectationem abutat: peccatuꝫ fieri: Exempli gracia. Ima ginatione quapiam fœminæ pulchræ potiundæ excitamur ĩ uenerem. Freq̃ntius enim hac cogitatione parat: & difficilius noscit) quam si statim rõne repellimus optime agimus: Si in ipa cogitatione delectamur. q̃uis nostræ menti fixum sit: etiã si possemus tale flagitium nolle comittere: tamen æque ac p̃ sentes illi essemus uelle oblectari: mortale scelus ppetramus. At si expellendæ prauæ illi meditationi nos accingimus: & id remissius q̃ oporteret factitamus: prosequendo tamen abs que morula uel interuallo ceptum opus peragimus: Et pror sus talis oblati uitii phantasma simulachrum ue eliminamus: æternæ mortis laqueum non incidimus. Sed tẽporariæ pẽ dendæ pœnæ obligamur: hoc est ueniali peccato irretimur: Cum nostræ sit ignauiæ permittere sensus adeo illudere rõ ni: ut eam impediant remorẽt q̃ ab eiiciẽdis confestim hosti bus: qui & bellum indixerunt: & iam fines occupauerunt. Exẽplum.

Quapropter enitendum pro uiribus: ut cum primum par uis cogitatibus pulsari nos animaduertimus: q̃tocyus eos re pellamus. Nam quicquid intercidit morulae: semper aut dã num affert aut periculum: Animaduersione autem dignuꝫ posse nos de uitiis etiam obscenis absque peccato: immo quã doque cum merito considerare: & in ipsa etiam num cogita tiõe imorari: Cũ uidelꝫ aduersus illa scribere uolumus loq ue

detestantes eos: qui in ipsis ueluti sus in luto merguntur. Ha-
ctenus de his peccatis: quæ ex imperfectione actus ueniaꝫ me
rentur: Alioquin pleno perpetrata consensu dãnationem: Et
q̄q̄ diximus quosdam esse actus qui ex sui natura ueniam me
rentur: qualis est ille qui nec contra Deum aut proximum ex
directo cõmittit: ut cum quis plus loquit̄ q̄ oporteat plus co-
medit q̄ sit necessarium plus tacet q̄ expedit: & id genus simi-
lia: quæ Augustinus enumerat in omelia de igne purgatorio
& in decretis repetit gratianus: Scire tamen oportet ita ex ue-
nialibus ex suo genere mortalia fieri: Si uidelicet finis ille ob
quem ipse actus uenia dignus producit̄ sit mottalis. Puta cuꝫ
plus loquitur quispiam q̄ oporteat: ut adulterari queat: sicuti
etiam ex mortalibus ex sui natura uenialia euadũt peccata ob
actus imperfectionem liberiq; consensus carentiam. Plura oc
currerent scitu digna: Sed cũ tractata sint a plerisq; theologo
rum & p̄sertim Ioannes Gerson peculiari cõmentario hãc ma
teriam prosequutus fuerit: Ipsi quoq; in dialogo nostro de se-
rena conscia satis (ut arbitror) explicauerimus: Ad ea quæ p
sequenda ꝓposuimus transgrediemur.

Liber de se rena cõscia

¶ Septem esse peccata capitalia ex quibus cuncta alia exoriũ
tur & pullulant. Cap. III.

A Theologis proditum est septem esse capitalia ui-
tia ueluti duces exercitus: sub quibus reliqua uelu
ti gregarii milites merent: his tamen non ex ea me
thaphora impositum est nomen q capite. s. puniri
deberent: quale illud capitale decedere presidio: cum quia ex
imperfectione actus omnia possint esse uenialia: tum quia ali
qua eiusmodi sunt ex proprio genere: uerum ea ratione capi-
talia sunt appellata q capita sint & principia ex quibus orian
tur reliqua eorumq; gratia fiant. Hæc sunt inanis gloria: Ira:
Tristitia: Auaritia: Inuidia: uentris ingluuies: Libido carnis.
Cur uero tantum septem annumerent quorum ductu ueluti
a fonte plura manent: Thomas aquinas tum in secundo cõ-
mentariorum in sententias tum in questionibus de malo. Tũ

In secunda parte theologicæ summæ latissime disseruit: Mō ex pte irascentiæ & appetentiæ corruptæ rationē afferēs. mō ex pte boni & mali: Quem modum ut exactiorem sumus sequuti: Hæc enim cum causa cæterorum existant secundum finis rationeꝫ eorum ortus bifariam potest attendi. Primū ex pte peccantis: quia ita dispositus ē & animatus: ut maxime fini aliquo afficiaṫ: unde plurimū in aliqua peccata ꝯmittenda ruat. qui modus originis eo sub arte nequit cōprehendi ꝗ infinitæ fere sunt singulorum hominum uoluptates & affectus illiciti: Deinde ex parte habitudinis & ipsorum inter se finium cōmunionis: & quo ad hoc origo hæc non fugit artem: quando sæpissimæ unum ex alio suboriṫ & prodit uitium: Quapp capitalia ea peccata nominabuntur: quorum fines si consideremus primarias quasdam rationes obtinere aduertemus trahendi appettentiam ad se concupiscendos: & ex hoc eorū distinctionem pluralitatemq; pullulare noscemus: Mouet eniꝫ aliquid appetitum duplicem ī modum: per se ut bonum ipsuꝫ cum appetitur malum cum formidatur: Atq; p aliud cū uidelicet quispiam uel malum prosequiṫ ut bonum aliquod ei annexum consequatur: uel itidem bonum ob adiūcti copulatique mali horrorem refugit: bonuꝫ auteꝫ triplex (de humanis loquimur) Animæ: corporis: rerum exterarū: Primum hoc ē animæ ex sola apprehensione sui ingerit cupidinem: qualis ē propriæ laudis excellentia: cuius deordinatōne inanis gloriæ peccatum emergit: corporis deinde bonuꝫ sequenti ordine ꝓcedit: quod uel ad tutelam ptinet indiuidui: sicuti cibus & potus: uel ad conseruandam spēm p ꝓpagationem sobolis: Cui deseruit cōcubitus excessus ī primo munere Gulæ uitium parit: ex secundo autē: nisi debitis fuerit circūstantiis honestatū scaturit ꝓditq; libido carnis: Quam uulgo luxuriā appellant: Tertium hominis bonum extrarium est: uti diuitiæ: Quas nimio ardore si aueamus auaritia ꝓxilit: uerum ꝗ quispiaꝫ bonum aufugiat ob cōionem admixti mali cōtingere potest uel ob respectum proprii commodi uel alieni: Inde accidia seu tristitia pullulat. quæ odit spiritale bonum ob connexionem associati laboris: hinc si animus ad nihil exterius prorūpat obre

Quæ capitalia peccata & unde trahant originem.

Bonum triplex.

pit inuidia alienũ bonum & gloriã perosa ne ꝓpria denigretur & uilescat: Si uero citet uindictam non ualens continere se in tra limites prudentiæ: sed cuncta laxans moderantiæ repa gula ebullit ira. Nec mouere nos debet: ꝙ superbia & cupidi tas hæc ab Apostolo in epistola ad Timotheum illa a Solo mone in ecclesiaste omnis peccati radix & initium nuncupa ta sit: Item superbiam inter capitalia uitia a Cassiano & Isido ro connumeratam & a Gregorio ab eorum cætu sequestratã: quoniam ex diuersis considerationibus concordia inter eos ꝓ

duplex finis uirtutuꝫ et uitiorum.

uo labore conciliatur: sicut enim uirtutum duplex finis pensa ri potest: fœlicitas. s. cõmunis: ultimusq; & proximus hoc est proprium bonum cuiuscunq; ipsarum: Ita & in uitiis (iuxta id quod disseruimus) proprios eorũ fines possumus animaduer tere. Possumus & communem ultimũq; perpendere: qualis il le est qui cæcutientibus nobis bonus apparet: cuius gratia cũ cta facinora perpetramus: quando id quod diuina lege cautũ est ne desideremus nimio furore appetimus. Quapropter in omni peccato duo errata emergunt: Conuersio uidelicet ani mi ad bonum fluxum & temporarium: & auersio a stabili at que perpetuo: Quare hic exoritur superbia generalissimum uitium: quo se homo Deo non subiicit: Illinc generalissima ẽt nũ pullulat Cupido affectans immoderate atque etiam asse quens apparens bonum. Quo fit ut uniuersalia uitia non spe cialia pronuncientur. Non nulli autem superbiam accipien tes non ut uitiorum caput cæteris specialibus uitiis ascripse runt. At Gregorius & eius in hac parte sectatores influentiaꝫ ipsius incuncta crimina recte animaduertentes uitiorum regi nam appellauere: Ipsa enim (inquit in commentariis in Iob) uitiorũ regina superbia cum deuictum plene cor ceperit mox illud septem principalibus uitiis quasi quibusdam ducibus de uastandum tradit. Animaduertenduꝫ uero eam omnino nõ esse unam cum inani gloria: quando illa excellentiam inordi nate prosequitur: hæc illius manifestationem suspirat.

Capitalia uitia mortis xp̃i & ꝓpriæ cogitatione iugi exter

minari. & quomodo id commode fiat. Cap. iiii.

c VM igitur Demon iniquus animaduertit septem hæc uitia cæterorum seminarium esse & segetem uberrimam. Item nostræ animæ uires ob iusticiæ originalis defectum non omnino robustissimas agnoscat multas nobis molitur insidias ut in ea labamur: Maxima quippe affectus inuidia humano generi ad cōparandas fœlices illas sedes destinato quibus ipse superbia priuatus est & ad inferos detrusus omnes dolos intendit ut careamus eis & sui supplicii cōsortes efficiat. Is itaq; uersutissimus hostis ob diuturnam experientiam offendendi ueluti bellicæ artis peritissimus dux debiliores partes aduersi exercitus & expugnet uigil & irrequietus excogitat: Modo inuidiam explorat qua de aliorum bonis affligamur. Modo uestigat iracundiam ut cæteris impacienter insultemus. modo accidiam satagit prouocare ut de diuinis bonis tristemur & ad quærendas oblectationes sensuum deficiamus: Nunc auaritiam pretendit qua diuitiarum amorem Deo & saluti homīum & proprio corpori preponamus: Hinc gustum delicatis saporibus irritat quoruȝ gratia uel ieiunia ab ecclesia in dicta soluamus uel in proprii corporis pernitiem crapulemur: hesternoq; mero male semper oleamus: Deoq; interim posthabito proprium uentrem pro Deo colamus: Illinc renes excalfacit: delinit: scalpit imaginem obscenam ostentans ut ueluti sus uolutabro mersi in illicitis uenereis actibꝫ nos ipsos sepeliamus: sæpissime mūdi gloriam ante oculos mentis uibrat: cuius splendore hallucinati captiq; eidem insudemus: quo stratagemate sāctissima etiam opera eorum hominum qui ad perfectionis culmen iā iam attingunt sæpe uitiat atq; commaculat. Sed hac præda non contentus ultra progreditur. Perscrutatur rimaturque qua ratione possit efficere ut ob nostram sequendam gloriam ipsum Deuȝ cui soli debetur gloria floccipendamus: qbꝫ machinamētis antiq hostis cui nulla par est auctore Iob ī terra po

Remediũ excruce xpi aduersus inanē gloriā

Remediũ aduersus auaritiam

Remediũ aduersus luxuriem.

Remediũ uersus gule uitium

tentia reliquisq; p̄liis quibus a propria concupiscentia & a mũdo petimur: quo & Christi primum & demum propriæ mortis memoria preualentes esse possimus oñdendum Nam si gloriæ ꝓpriæ stimulis agitamur: Christuũ repetamus memoria: qui ꝓ nobis exinaniuit semetipsum (ut ait Apostolus) formam serui accipiens: factusq; obediēs usq; ad mortem crucis: Atq; illius gloriæ cunctas actiones nostras & opera condonemus. Si nos auri sacra fames molestat. Aut si principatus & imperii cupidine sollicitamur: perpendamus in cruce xp̄m nudũ languentissimũ nostraꝝ aïaꝝ amore: qui cum deus esset et dñus orbis uniuersi percunctāti cuidam de diuersorio priusq̃ crucifigeret̃ respondit uulpes habere foueas & uolucres cæli nidos: se autē locuũ quo caput reclinare posset nō habere: uñ uictu & tegumento aliisq; contenti: sine quibus uita hæc transigi non pōt diuitias ceu maxima impedimenta calcemus.

Si blanditiis carnis & uoluptatibus exurente libidine titillemur uoluamus animo uirginitatem xp̄i: mentis carnisq; munditiem: ut ipsius amore in cōiugio casti & continentes esse possimus: Cui si non fuerimus astricti quo eidē obsequētius deseruiamus: nos ipsos dissitis (ut inquit ille) fæmoribus emasculemus: spiritaliter tamen ne origenem adamantiũ imitaremur Quem xp̄i audito consilio & hausto illoꝝ exēplo qui se pp regnuũ cæloꝝ castrauerunt propria sibi ipsi execuisse genitalia comperimus: uera in hac pte non adhibita uel non seruata euangelii intelligentia. Si culinæ nidor gulaũ exagitat atque palato saliuam excutit si gulæ scitamenta cor subeunt felle & aceto Christum in cruce potatum recogitemus: Cuius nomine multis ante annorum curriculis Propheta id precedcinerat inquiens Dederunt in escam meam fel & potauerunt me aceto: succurratq; menti ieiunium quadraginta dierũ totidēque noctium cuius instar castigare corpus possimus: nobis satis esse arbitrantes necessario nutrimento: ut liberius & expeditius eius uoluntati famulemur. Si Cor exæstuat Ira bullitque sanguis uindictam ciens: recolamus Christũ nostri amore a seruo Pontificis ptulisse Alapam patientissime & idutuũ fuisse ueste purpurea: flagellatum & spinea corona in derisu

& contumeliam coronatum: atq; etiam latroni qui se blasphe mauerat ignouisse. Cuius exemplo irrogatas iniurias iactata conuitia: cædes affinium xpo ipsi ad quez spectat uindicta cõ donemus non obliuiosi gesti illius nostræ etiam instructionis & commonefactionis causa parati: quando ut eis qui eum cru cifixerant: ignosceret patrem orauit: Si rodimur pectora in uidia animum eo uertamus pensemusq; solem xpi nutu non modo superos qui diuinis preceptis audiunt sed qui etiaz sce-lestissime cõtẽnunt: deferri: uberemq; pmiscue mandari plu-uiam: eundẽq; pro omnibꝫ mortuum ut omnes fœlicitate do naret. Modo duritiæ cordis non habeantur indigni: Qua co gitatione excitemur ut non solum aliorum bonis inuidea-mus: sed ut potioribus etiaz abundent & affluãt exoptemus.

Remediuz aduersus inuidiam

Si nos accidia torpentes detinet & somniculosos segnities illigat feramus animo xpi laborem trium & triginta annoruz indefessum: Quem ut nos doceret doctrina & uitæ exemplo instruere atq; istitueret perpessus ẽ: Subeat mentẽ corpus eius collũnæ alligatum: & a planta pedis aduerticem cæsum: offe rantur cordi fossæ manus fossiq; pedes cruciq; confixi: & nos pudeat molles semper ducere somnos: pudeat non repende-re uices amoris: nec in bonis operibus statutis saltem tempo-ribus desudare. Pariq; ratiõe hisce uitiis propriæ mortis me moria resistimus ĩprimis inani gloriæ. Quippe cũ ex fine bre ui nostræ uitæ finem quoq; gloriæ futurum breuiusculum a-gnoscimus. sed quid nobis post mortem profutura est gloria? Ad eam sane anhelamus uel ut honoremur uel ut diuitiis cu mulemur: quæ defuncto homini prestari nequeunt nec ullaz omnino afferre opez. Auaritiæ sitis hac pariter potione re stinguitur quoniaz ea uis mortis ẽ ut uno momẽto nostra om nia bona quæ fortunæ nuncupant populabunda diripiat.

Remediuz aduersus tristiam.

.R. ex mortis ppriæ cogitatõne aduersus inanẽ gloriaz

.R. aduersus auaritiã

Libidinum quoq; incentiua illicitiq; coitus hoc eodem me-dio coercemus: ipsaz meditantes corpoream molem quã tan topere cupimus delectari post modicum temporis spaciuz eẽ a tineis & uermibus uorandam: futurum quoq; si illius uel ma ris uel fœminæ dilectæ mors nostram uel paucis diebus pcur rat ut non modo eiusdem amplexus & oscula expectamus ar

.R. aduersus carnis libidinem

dente: Sed nec cernere corpus amatum iaz excitata & obtut
R.aduersꝯ uitia gulæ. pitudinē & ob factorem nausea possimus: Supfluas etiā epu
las ea ipsa meditatione frugaliter uiuentes aspernabimur: Ne
dum in eis semper cogitabundi erimus: desiderantes ad diu-
turniorem oblectationē Gruis collum: ut Philoxenus ille cu-
pediuora ab omnibus fere & ab ipso quoqꝫ Aristotele taxatus
Aspernabimur inq̄ si mente uersabimus eodē pastu quo nos
in pinguamur uermes quoqꝫ pascere & impinguare: quoniaz
ipsi saginatis nobis pinguiorem lautioremqꝫ mensaz in sepul
chro sunt habituri. Sed & forte tempestiuiorem: quādo multi
sint gulæ proceres pditissimiqꝫ gulones qui cunctantē mortē
R.aduersꝯ & citant & prouocant cōmestione supflua. Frenū quoqꝫ iræ i
poni psuasissimum est pensantibus nobis mortem quam aliis
uolumus & aduersa posse in nos facillime eorum uita incolu-
mi redundare: qui etiam post mortem nisi prius resipiscamus
R.aduersꝯ maleuoli animi pœnas accerbissimas daturi sumus. Eodem
scuto mentem armati non timebimus ictus inuidiæ: ppendē
tes. s. fieri posse facillime ut ob nostrā mortē quæ incerta ē &
ocyus uento propinquat: diuitiæ quas possidemus aliaqꝫ bo-
na (heredibus nostris fortasse hostiatim mendicantibus) bo-
nis illis: quæ nostris æqualibus p̄ripi auemus: adiungantur: p
pendentes etiam qꝫ si uoti compotes fieremus: uidelicet ut q̄
illis inuidemus ad nos uenirent aut deuoluerent ad alios diu
turna tamen ob hoc ipsum lætitia nobis exultandum non eē.
R.aduersꝯ accidiam. Inertiam postremo atqꝫ ignauiam uigiles & alacres excutie-
mus explodemusqꝫ lustrantes mente oportere nos insuetum
mortis iter īcedere: & ob id cōmitibus atqꝫ ductoribus obla-
tronum populatiōes opus esse nobis: quos ī plumis & umbra
delitiantes asciscere nequeamus: Nimirꝫ diuina ope atqꝫ uir-
tutibus īdigemus: aduersus mali demonis insultus: quæ se sō
niculosis & semp otiantibus non tradunt acqrēda: In his qp-
pe cōpandis multos agones aduersus iniquorum demonum
cateruas desudare: in retinendis multa bellare p̄lia necesse est:
ut tandem finē optatum & ꝓpositam strenuis militibus coro
nam assequamur.

Sanctos homines hoc idem faciendũ censuisse scriptis: atq; opibus adimpleuisse: Idq; parum a nobis cogitari Cap. v.

HAec Duo antidota Sanctissimi homines nobis reuelarunt: Sibiq; ipsis aduersus pestiferos. serpentis antiqui morsus excogitarunt compararuntq;: & q̃ q̃ de his non nulla superius. seiunctim tradidimus: atq; ostendimus multos philosophos ueræ sapiẽtiæ ignaros: mortem sæpissime cogitauisse & cogitãdam scriptis mandauisse: nihilominus quemadmodum sumus polliciti operæp̃tium est monstrare sanctissimos & doctissimos homines fidei nostræ maxima ꝓpugnacula utrũq; cõplexos fuisse. Et alterꝫ hoc ẽ Christi mortem quod p̃iorum gentilium ps ignorauit: ps contempsit ꝑsequutos ardentissime fuisse superq; omnia celebrauisse: Admonet nos Ambrosius in oratione de Cruce ut Iesum hñtes q nos propria morte liberauit in ipsum aspiciamus semp: Atq; ipius signo nostris speremus uulneribꝯ medicinam: Testat̃ Augustinus se duꝫ tentaret̃ Xp̃i uulnera ad mentem ꝓ tutela reuocasse: Testantur & alii se tartareos canes sæpissime aduersus eorum salutem oblatrantes ligno crucis ualidissime expulisse & ab omnibꝯ tutos molestiis ob imaginatam frequentes Christi Crucem qeuisse. Prodit henricus si suis Christum reuelasse debere crucem & mortem suam iugiter a fidelibus cogitari: Idq; uirginem matrem dilectũq; discipulum potissimum effecisse: ualereq; meditationem ipsam ad inordinatam animi tristitiam repellendam: & ad purgatorii pœnam minuedam. Tradit Ioannes Gerson in magna illa commentatione sua in canticum uirginis cælorum reginæ se quondam a grãdæua uirgine ꝓbatissimæ uitæ urbano summo Pontifici sanguinis nexu deuincta interrogatum quodnam potissimum aduersus Demonis insidias subsidium censeret: Qui dum responsum aliquandiu suspensum libratumque tenuisset: mox eam hoc uerbum: Crux: subintulisse: Quam ego uocem (inquit) tanquam de cœlo intonuisset: &

ita insonuerat suscepi: Adiiciens secum multis iam annis re-
putasse atq; etiam super hoc negocio cum aliis contulisse: nec
illo efficatius aut compendiosius antidotu₃ inuenisse: quãdo
nullum humilius nullu₃ diabolico ueneno aduersantius. No
ui & ego qui Christi uulneribus aspectis Auaritiæ situm exti
xerint: Libidinum calorem suffocauerint: superbiæ motus re
presserint: cæterosq; uel obiram uel amorem in nos concita-
tos tumultus plane sopierint Sed quis hæc mirabundus au-
scultet? Non ne (ut sapientissime scribit Ambrosius) passio il
lius nostra redemptio ẽ: mors illius uita nostra? An mala hæc
cuncta non substinuit ut nos bona omnia sentiremus? Crude
litatem in se exerceri uolens ut nobis misericorditer ageretur
Quis autem quæso illud obseruat? uel duo uel nemo: ut Per
sius inquit. At sane si nullum hac cogitatione in nos futurum
officiũ aduerteremus: Adhuc tamen & ob beneficia quibꝯ su
mus cumulati & obsperata p̃mia deberemus ad id obeundu₃
munus animari. Vidimus multos & nouimus uano mortaliũ
quorundam amore ita illectos: ut nihil sit tam arduum ta₃ dif
ficile quod ultro & libenter illorum gratia non suscipiant: fa-
mem perferant: sitim tolerent: Algoribus æstibus non dimo
ueant: mille discrimina mortem intentantia subeant: totũq; (
quod maioris ẽ demẽtiæ signum) uitæ tempus eorum uolun
tatibus condonãt: Ita ut cum liberi sint suæq; spontis ad totã
uitam mancipia fiant inani specula pellecti consequendi ho-
nores fortasse lugendos: unde sæpe factum ut ab eisdem cum
hoĩes sint & sicuti Propheta inquit Maledictus est qui confi
dit in homine in tot laborum p̃mium carceres exilia morteq;
recepint: Alios legimus amore patriæ subiisse morte₃: Alios
uirtutis amore & incorruptæ fidei gloria asperimis tormẽtis e
uita obisse: Et nihilomius uidemus xp̃iãos plurios nec amare
nec cogitare eũ: q eos creauit: q ut fœlices fierent mori uoluit:
& quottidie ut idipsum consequant̃ innumera ĩpartitur bene
ficia: sed illius amorem ĩ imaginariam terrenæ miseriæ uolup
tatem p̃mutare: nec etiam audire uelle sanctorum hominum
uocibus de hoc ipso quod sumus præfati ipsos sæpissime cõ-
monentibus: Qui cum de cogitanda Christi & propria morte

præcepta tradunt nisi auribus cæras obderent quid nam fa-
cto opus esset ut resurgeret a uitiis intelligerent. Augustinus
libro scdo de Christiana doctrina timorem ait de futura mor
te mentem necessario concutere:& omnes motus supbiæ li-
gno crucis affigere. Io. Cassianus in libello de octo principali
um uitiorum remediis profert xpi & ppriæ mortis meditatio
nem remedium existere saluberrimum in delendis omnibus
uitiis:idem astruit generale peremptorium esse uitiorum om
nium q homo se credat quottidie de hoc mundo migraturuz
& hanc persuasionem nõ solum nõ pmittere ullaz in corde re
tinere tristitiam:uerum etiam uniuersarum concupiscentiarũ
& peccatorũ motus cõprimere. Possent & alia afferri quibꝰ cõ
probaret bipartitam hanc recordationem uitiis omnibus ma
xime aduersari testimonio probatissimorum hominum. Sed
cũ iá satis hoc (ut arbitror) sit psuasuz qd circa uirtutes opet
apiendum:

Virutes oẽs hac biptita cogitatõe facile possideri posse:de
q pluribus uirtutum generibus. Cap. vi.

CVnctas porro uirtutes de quibus superioribus li-
bris generaliter fecimus mentionem eos qui hæc
assiduæ cogitant facile enancisci fient conspicuũ
Si ipsarum naturam et ordinem uestigauerimus
cõsiderauerimusq :multifariam eas ptiũtur The
ologi ut.s. quædam sint ad intellectum ptinentes:quas intel- Virtutes multifariaz ptitæ
lectum:sapiam:sciam:artem:prudentiam:nomiauere. Aliæ
sint mortales:Quarũ duodecim Aristoteles in Ethicis ad Ni
comachum simul cum his quinq intellectualibus enumerat:
Hæ tñ ad quatuor reducunt:quas ipsi principales seu cardi-
nales appellant:Prudentiam:Fortitudinem:Iusticiam Tẽpe
rantiam:Sunt & aliæ fides:Spes:Charitas:Quæ theologicæ
nũcupant:Tũ qa Deũ ueluti pprium obiectum spectant:tũ
qa diuinis tm eloqis patefacta fuere:Tũ qa eas ipse nobis dũ-
taxat elargit:Cuz.n.sit duplex hominis fœlicitas:quarũ una duplex hõi nis fœlicitas
naturalis.s.sagaci rõne comprehendi possit:Altera humanos

omnes cogitatus eludat: ut pote quae solum diuina reuelatõe innotuerit: collustrari nos opus fuit Lumine alio potiore eo quo sumus natura p̄diti: ut ad eã cũ agnoscẽdã tũ capessendã apti gnauiq; efficeremur: Quod quidem lumen ipã ẽ Dei grã a qua ueluti foecunda radice tria illa p̄stantissima germina fides: spes: charitas nostris in mentibꝰ foeliciter enascunt̃: Quorum ope ita ad finem supra nostram naturam eleuatuꝫ dispo nimur: sicuti naturae adiumento ad finem genuinum humano generi dulci quadam uiolentia ꝓpellimur. cõueniẽtissimũ sane fuit diuinum quoddam lumen naturae lumini supaddi ut id intellectus uidere posset: licet per speculum & in enigmate: & id posset appetere uoluntas: quod ut Esaias Paulusq; tradidere: nec oculus uidit nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit. Quantum ergo pertinet ad intellectum radius quidam nobis est praestitus quo fides gignitur: eoque constanter certissimeq; diuinis ueritatibus adhaeremus. Duo uero radii uoluntati condonati sunt: & primi adiumento in ea quae iam credidit intellectus: ut pote Deum finem nostrum recta intẽtione desert̃: Cuius consequendi facultate animaduersa spes emergit: Secundi uero ope: Qui charitas appellatur eidem se deuincit: Atq; adeo obstringit: ut deum ipsum iam cognituꝫ atq; speratum in tantum diligat ut in ipsum transformetur: & unus fere cum eo spũs euadat: At sane ex mortis Christi meditatione ad sanctissimae fidei infusionem reddimur habiles: Cũ uidelicet cõsideramus totuꝫ pene mundum p̄dicantibus apostolis Christum Crucifixum eundẽ uerum Deũ: uerunq; hominẽ credidisse relicta demonũ cultura: unñ factũ ẽ ut multi Apostolorum uestigia sequuti totam uitam xp̄o mancipauerint: Ab cuius cultu nec eculei nec cruces nec ignes aut igniti tauri nec alia tormenta excogitata a tyrãnis idolatris auellere potuerunt: Quod cõstantissimum propositũ sequendi xp̄ꝫ ut susciperent nec mundi carnis ue oblectamẽta eorum aĩos demulserant: quae penitus cõtẽnebãt: nec humana sapientia Flexerat: quando eorum doctores apostoli nec periti grammatica fuerint (ut Augustinus ait) nec iflati rhetorica: nec arma

Virtutes theologicae

ti dialectica: Sed fidei ſpargendo ſemina totum orbem pagra
bant ſuſcitando mortuos linguis loquendo omnigenis coo-
perante ſemp̄ diuino ſpū̃ & iniquo demõe aduerſante. Ex ea
dem quoq; cogitatione ſpes in nobis emergit iam ſcelerũ per
petratorum ueniam conſequendi. Cum chriſtũ flagitia cũcta
dimittentem ſe ipſum dediſſe crucifigendũ grã noſtræ ſalu-
tis animaduertimus. At non amare illius mortem quomodo
poſſumus? q nos per eam & reuocauit ab inferis: & occluſas
cæli ianuas reſerauit. His certe ſi animam: ut decet: Ac ipſi
credamus ut patri hæreditatem paternã ſperemus ut filii: cle
mentiſſimũ optimumq; dominũ diligamus ut ſerui libertate donati atq; in filios adoptati: Exurgent ẽt nũ reliquæ mora-
les uirtutes: q̃ ex his tribus theologicis enaſcunt̃: Si enim bo-
nũ rõis quod principium ſeu formã uirtutum noĩant in conſi
derationis circũſpectioniſq; ſpecula collocauerimus: exoriet̃
prudentia quæ inter intellectus morumq; uirtutes potiſſimũ
obtinet locum: ſi inordine ad operatiões ſpectãte poſuerimuſ
p̱det Iuſtitia: Si ad paſſiones edomandas accõmodauerimuſ
temperantia & fortitudo pullulabunt̃: quando earum altera
rebellium rõni ſenſuum uehementiam petulantiãq; cõpeſcit
Altera in capeſcendis iuſtis laboribus torporem excutit & re
tro gredientes a iuſtis operibus ad labores deſudandos ĩpel-
lit: Quaſ uirtutes uti ciuiles ubi nobis uendicauerimus: Ad
purgatorias purgatiq; animi capeſcendas: de quibꝰ cum pla-
tonici: tũ nñi Theologi mentionem fecere proſiliemus: Naꝫ
q̃ methodo facilius q̃ xp̄i cruce poſſumus & muudana oĩa diſ
picere cõtemplatione diuinorũ & terrenoꝝ ſolo uſu contenti
eſſe ad ſuſtentationẽ noſtræ atq; corporis aduerſa cõtẽnere:
Quæ p̄clara ſunt munia uirtutum earuꝫ: quæ animũ purgãt
Quo rurſus diuina ſola intueri terrenas cupiditates neſcire:
eaꝝq; affectões ignorare diuinæ menti noſtrã ꝑpetuo fœder̃
ſociare: Quod purgati animi uirtutes efficiunt: Hoc quippe
clarius eſt: q̃ ut probatõne indigeat: De quo aſſidui Chriſti cõ
templatores p̱batiſſimis noſ exemplis certiores reddiderũt.
Nec ſane unq̃ ad perfectæ uitæ culmen quiſpiam potuit a-
ſcendere: niſi qui aut in Chriſtum priuſquã de uirgine naſce-

Virtutes ciuiles.

uirtuteſ purgatoriæ & purgati aĩ.

ret aut in iam natum credidit eundemq; coluit & adorauit: ut opere peculiari seorsum ostendere nobis consiliuz ē: Nec magnopere in hoc obeundo munere nos laboraturos credimus ut uidelicet sanæ mentis hominibus id ipsuz persuadeamus: Quando ex ipsis gentilium & legum latoru & philosophorū præceptis cum diuinis collatis: ex historiisq; & locorum et tēporum & gestorū facile liquebit: Quod qdē & ille ipsius auerrois in libris aduersus Algazelem tradit cuz romanos post susceptam Iesu nazareni legē sapientiores effectos enarret Cæterum mortis propriæ cogitatio ad easdem acqrendas uirtutes nos extimulat: Nam & amissa diutine uiuendi spe psentia uilescunt: & animamur ut futura speremus: & transeuntiū amore deposito ad id amandum excitamur ut nobis bonū nō fluxum temporariumq;: sed pseuerans & sempiternum eueniat: Quo fit ut continentes: ut iusti: ut prudētes efficiamur. Illi enim q certo se sciret moriturum patrato obsceno libidinis actu decideret nimiruz animi propensio ad id uerendi flagitii ppetrandum: Quis autem factus est certior An deus adiiciat odiernæ crastina sūmæ tēpa: Iusticiaz pariter ut amplectamur a morte ipsa cōmonemur: Inuitatq; non solum ab alienis abstinere: sed etiam a nostris ut pote a nobis q̄ citissime relinquēdis. Inde quoq; fortitudinē enasci conspicuū ē cū uiuendi spatium ob futuræ mortis incertitudinez nihili existimare cōpellamur: Sed & prudentis officium ē metiri agenda recto rōnis examine: a quo sæpissime dimouemur ob affectus earum rerum. Quarum cupidinē a mortis meditatione docuimus exterminari. Quomodo reliquæ uirtutes ex hac etiam meditatione oriri possint: facile cuiuis est dignoscere. Quapropter ad ea quæ restant: quæq; perceptu sunt faciliora transgrediemur.

Quid credendum sit Christiano quid sperandum quid timendum: quid faciendum quid uitandum in oratione dominica in apostolorum symbolo in præceptis decalogi contineri. Cap. VII.

CVm aliquid superioris ope ad finez suæ naturæ facultatem superantē dirigitur: ei opus est (si presertim capax est rationis) ut eidem ueluti superno architecto obtemperet: Quod quidem nullo pacto peragere poterit nisi prius crediderit: Naz si propria ui pertingere nequit ad finem illum cognoscendum nedum cō sequendum necessario duce indiget: Alioquin eo ipso carebit: At si finis agnoscitur & nihilominus non deprehenditur an in nostra sit facultate eo progredi posse: parum emolumē ti ex prima noticia nobis pueniret: Rursus si q̄ nostro itineri aut officerent aut opem ferrent ignoraremus quidq; in ipso p gressu faciendum quid uitandum nesciremus fieri non posset ut illo tuto perueniremus: Cum aūt homo ad æternaz foelicitatem sit ordinatus, q̄ in ipso deo cum intelligendo: tum fruendo consistit: cuius excellentiam aut explicare aut concipere nec suppetit facultas oris humani: Sed nec captus mentis angelicæ: Diuini luminis radiis colustrari nos oportuit (ut Theologi docent & mox repetiuimus) quibus iter tenebras nostræ ignorantiæ illucescētibꝰ quo esset tendendum quid faciendum quid sperandum quid timendum quid uitandū perdisceremus: Reuelata aūt ea sunt nobis per spiritum sanctum quibus adhærere absq; ulla cunctatione debemus: & lumen illud quo hæc appareāt deitus tradita quoq; suscipi possint condonatum: Itē quæ peragere nos oporteat: q̄ sperare: quæ timere quæ deuitare eodem magistro edocti sumus: & paucis: nam quæ nobis ut credamus sunt patefacta in Apostolorum symbolo p̄cipue conclusa sunt: Quid autem formidare: quid sperare debemus in oratione dominica: Quæ ideo nobis data ē: ut illorum auersionem horum uero facultatem assidua postulatione obtineamus: ut uero bōa peragamus & caueamus a malis primæ & secundæ tabulæ monitis instruimur. Monstrabimus autem nos ad hæc omnia peragenda ex mortis Xp̄i & propriæ meditatione assidua reddi aptissimos Nūnc de his quæ ad credendum pertinent summatim dicemus: Ac de reliquis sequenti ordine.

Quæ in symbolo apostolorum continentur utriusq; mortis cogitatione nobis insinuari. Cap. viii.

EX symboli Articulis xp̄i mors difficillimus pluri-bus est uisus: Multi enim credidere unum deū cœli & terræ creatorem: Multi resurrectionez corporū: quod & aliqui ex gentibus opinati sunt: & pharisei etiam fatebantur: Sz ut Christum crucifixum Dei filium fuisse credant hoc opus hic labor ē: Quæ mors Christianis (q̄bus mihi sermo) credita & culta cuz cogitat̄ reliquos quasi secum ducit articulos: omnēq; ueritatem symboli per animam diffundit. Naz mox ingressa mentis uestibulum ipsius xp̄i diuinitas Cœli terræq; creatio: uirginis ptus passio sub Pōtio Pilato illo statim contendunt & cateruatim cōmeant: Et cū hic passionis xp̄i articulus cum propter ordinem. tum pp duas q̄ in xp̄o sunt naturas in quodam quasi symbolicæ enarrationis meditullio sit positus connexione cognationeq; quadā eodē loci reliquos trahit. Sed cum diē ꝓpriæ mortis ad memoriam reuocamus fit continuo ut imploraturi opem ad xp̄i dei meditationez sustollamur: & subit illico mentez carnis resurrectio & uniuersale christi iudicium: presertim si cum interiore hoīe rōcinati fuerimus: nos cum ipsa propria carne resurrecturos: similesq; Angelis futuros: si ea priusq̄ moriamur bene usi fuerimus: atq; eorum beatorum spirituum consortio deputādos Dicente dn̄o erunt sicut angeli Dei in cœlo: Quin etiam cuz nos e presenti uita migraturos percipimus fit ut sempiternaz illam uitam credendorum & desiderandorum ultimum meditemur: Cum hæc qua fruimur. s. in presentia ceu rapidissimus flatus a nobis ipsis euolet: & propinquet quæ futura est atq; perpetua.

Quomodo ex eadem cogitatione ad petitiones dominicæ orationis excitemur.

Caput. viiii.

C Aeterum ſex petitiones habentur in oratione do
minica: quarum tres ad Dei honorem & gloriam
tres ad bonum noſtruꝫ inſtituuntur: Ad quas fre
quentandas recordatiõe & Chriſti & noſtræ mor
tis inuitamur. Cum. n. Chriſtum cogitamus eundem extitiſſe
nobis patrem facile cognoſcimus: Qui non ſolum cælum &
terram: ſed & animas noſtras creauit ex nihilo redemitqꝫ præ
cioſiſſimo ſanguine in ara crucis effuſo: Quo etiam nos adop
tauit in filios: Quapropter hereditatem nõ parentis carnalis
& morituri. ſed eius qui in cælis eſt patris & optare debemus
& expectare. Item ſi Chriſti mortiſ recordabimur. optabimus
ut illius nomen & gloria manifeſtetur: ipſiuſqꝫ & regnum ad-
uentet: & modis omnibus fiat uoluntas: æquum eſt enim ut fi
lius expleri cupiat ſanctiſſimi iuſtiſſimiqꝫ patris deſiderium.
Rurſus ſi Chriſtum toto corde meditati fuerimus quottidia-
num ab eo & ſuper ſubſtantialem panem efflagitabimus: cu-
ius eſu uita ppetuat: & cum eum qui talem elargit panem im
mo elargitur ſemet ipſum innumeris offẽdiſſe peccatis recor
dabimur indignos nos eſſe tali munere cẽſebimus: Niſi ea ip
ſa peccata prius expiauerimus: quæ ob id dimitti nobis poſtu
labimus: Poſtremo ut mala declinare queamus & ut a tẽtatio
nibus illæſi cuſtodiamur ab eo impetrabimus: Cum a nobis
quaſi ex nobis (ut apoſtolus docet) aliquid cogitare non poſ
ſimuſ: Ab eo inquam cui data eſt omnis poteſtas in cœlo & in
terra. Propria quoqꝫ mors meditatione ſui efficit ut ab ap-
petenda gloria uana abſtineamus: Qui mox erimus puluis &
cinis: Vnde petere excitamur patris gloriam nomenqꝫ ꝑ orbẽ
diffundi atqꝫ magnificari: patris inq̃ illius: q creauit: qui rede-
mit: qui glorficabit. Rurſus cum appropinquare cernimus di
em illum quo ſit nobis ex hac uita migrandum ne morte etiã
moriamur æterna optamus Chriſti regnum quod perpetuuꝫ
ẽ in nos aduenire: & illius uoluntateꝫ ſicut in cœlo ita & ĩ terra
adĩpleri: Dei. n. uolũtas (ut iq̃t apoſtolus) ſcĩficatio nr̃a ẽ. Itẽ
cũ memoria tenemꝰ ꝯpoſitũ hoc aduẽiẽte mõte diſſolui opõ
tere: a xp̃o ætnæ uitæ alimtũ efflagitabimus. panẽ. ſ. ipꝫ q ipe
ẽ: ut d ſe iq̃t. Ego ſũ panis uiuus q d cælo dſcẽdi: ſiqs mãduca

uerit ex hoc pane uiuet in æternum: sed & cũ recordamur dã das esse post mortem scelerũ penas æquũ ẽ ut illa deleri p gratiam flagitemus: nam nostræ animæ cymbula p̃grauata fatiscensq́ facinorum pondere nunquam cælestis hierusalez portum ingrederet: Iteruz si cogitatæ mortis horror nostra uiscera inuaserit deum facile orabimus ut nos non sinat a tentationibus superari: ne forte extrema illa mortis hora in peccatis ĩ ueniamur. atq́ etiam obsecrabimus ut a tentante nos diabolo liberet: Quez sicuti cruce & passione sua eiecit e mũdo. Ita & a nostra anima fugare iubeat.

¶ Easdez obseruationes nobis conducere ad implenda decalogi p̃cepta. Cap. x.

Decem legis p̃cepta quorum tria ad Deum p̃cipue spectant reliqua pertinent ad proximum mortis Christi & proprii finis memoria ut obseruemus excitamur: Quis enim est tam uesane mentis qui credens & cogitans Christum crucifixum & mortuum ob humani generis salutem: cum ipse homo deusque sit idola colat & demones: Quis sortilegiis & diuinatõnibꝰ uacet: cælestia corpora regere aĩas credat: dicẽte ipso p hieremiã: A signis cœli nolite metuere: quæ gentes timent: Quia leges populoꝝ uanæ sunt: Et clamet Esaias: Anunciate quæ uera sunt in futurum: & sciemus quia Dii estis uos: & iteꝝ p̃dicet Caldeis decipiendos esse a sua scientia: Supuenturãq́ in ipsos calamitatẽ quam expiare non poterunt. Quis Genethliacorum deliramenta sequatur nestoream senectam promittentium: cum dixerit Christus uigilate & orate: nescitis enim quando tempꝰ sit: Quis mortalem sibi constituat in Deum adulationibꝰ ue insistat. Cum eum quem meditatur protulisse audiat: Qui amat patrem & matrem plusquaz me non ẽ me dignus: & Psalmigraphum cecinisse: Nolite confidere in principibus neque in filiis hominum. In quibus non est salus. Rursus quis Deos colat alienos: cum omne quod possidet bonum illius ope habuerit: Cuius morte: quam præ oculis hẽt erutus ẽ a demonũ

ſeruitute: At quis mortis xp̄i cogitator īueniat̄: qui eius nom̄ aſſūmat in uanum? Cum ipſe maxime cauerit euangelica le-ge: ne temere iuraremus: Vt Zachariam mittamus ad ipſum prohibentem: & Dauidem Deo ita loquentem ꝑdes oēs qui loquuntur mendatium: An ille mentis emotæ nō erit? qui cō tra interdictum ipſius quem mortuum reminiſcitur: neq; ob-aliam cauſam q̄ ut ſaluti noſtræ conſuleret: cōmittere quicq̄ nō erubeſcat? Cæterum & Chriſti meditatione tertiu3 imple tur præceptum: cum potiſſimum ad hoc ſit ordinatum: ut eū ſc3 q̄eta meditari mēte poſſimus: Quippe cū eius obſeruatio illius q̄etis typū geſtet: qua toga mortalitatis exuti in cæleſti hieruſalem delectabimur: iuxta illud propheticū uacate & uī dete q̄m ego ſum dn̄s: Quiſ porro ab his quæ in feſtis diebus uitanda ſunt Chriſtu3 cogitando nō caueat? A corporali .ſ. opera: culpa: negligentia: Cauemus ab ope corporali cum cir ca xp̄i meditationem animæ uiribus opamur: Vitamus cul-pam cu3 eius mortis memoria quæ culpæ radices euellere po teſt in noſtris mentibus morat̄: Effugamus negligentiam cū circa domini paſſionem pie negociamur: Quoniam & ocioſi tas: quæ multa3 (ut inquit ſapiens) docet malitiam eradicat̄: Sed & mortis noſtræ cogitatione ueluti graui quodam acu-leo pc̄iti animamur ut tribus his p̄ceptis pareamus: conſiderā tes ipſius uoluntate nos uiuere: Qui ut eadem ſeruaremus ī-pauit. Qua non aſpirante redigeremur ad nihilu3: ne dū mor te diſſolueremur. Indubia q̄ppe noſtrorum Theologoru3 ſē tentia ē & quidem ueriſſima cuncta in nihilum decaſura: Si a Deo qua eſt miſericordia & bonitate non ſeruarentur. uehe-mentius quoq; urgemur ſi animaduertimus Deum ipſum eo rumdem p̄ceptorum contemptoribus poſt primam mortem ſecundam tormentis inexcogitabilibus refertiſſimam & mi-natum ſæpius: & etiam extra omnem contrauerſiam inflictu rum. Quarto etiam ob eā meditationē obedit̄ mandato: Ex ipſa namq; cognoſcimus ipſum Deum & creatorem & patrē: & adeundem amandum diſponimur: Atq; etiam decens eſſe perpendimus: ut illos quorum ope & inſtrumento nos Deus eduxit ī mundu3 hoc eſt corporis noſtri propagatores & ame

Theologo rū ſnīa

mus & ueneremur: & eo magis q̄ huiusce p̄cepti obseruatori
bus uitã longeuã spopondit: Mortis nostræ memoria pariter
ad hoc inducimur: Ea enim per mortem relinquenda memi-
nimus: quæ existere possent huic obseruationi maximo impe
dimento: Atq; ad rõnis lumen q̄ testante Propheta sup nos
signatum ẽ longo quasi post liminio redimus: Nec pontificis
uerbis obaudientes sumus: nec illorum pariter: quos in his: q̄
sũt spiritus patres agnoscimus. Rursus mors Christi & ꝓpria
ut quinto obediamus p̄cepto conducit: Illius nãq; mortẽ me
ditantes: cum pro omnibus uiuificandis susceptam memini-
mus fit ut ab Astruẽda proximi morte aut spiritali aut corpo
rali animum auocemus: nec ei aduersemur qui dum in Cru-
ce penderet & latroni pceret nos edocuit non reponendam
esse iniuriam: ne dum non inferendã: Porro proprii finis me-
moria quæ a nobis in proximum deriuari possent incõmoda
propellit: Qui enim se cogitat moriturum auri sitim aqua cru
ciat extinguit: quæ ut plm̃ in proximi detrimentum uerteret
Furorem iræ quæ in alios concitatur: tempat: nec rõnem per
mittit obnubilari dogmati Apostolico consẽtiens: Simili quo
que obseruatione & memoria fit: ut sextum p̄ceptũ nobis sit
curæ: Nam si uoluntariam ppetuo ꝓ nobis ditandis paupta
tem assumpsisse Christum meditabimur non modo uim in se
re aliis ut ditari possimus non moliemur: Sed etiam si occasio
dabitur: quæ ltime sunt parta pauperibꝯ erogabimus: ut xp̄m
imitemur. Ad hoc idẽ patrandum a propriæ mortis memo-
ria inuitamur: Quãdo & dignitates & aurũ: in quo confidũt
homines uniuersum deniq; etiam si ei dominemur orbẽ ter-
rarum morte amitti non ignoremus: quæ forsan & dissiparet
prodigus heres & pingues ferret in conuiuia mensas. His me
ditationibus & Mæcho frenum imponitur: ne hauriendis li-
bidinibus uacet: cum se & fœminam, quam deperit a Dei sur
ripi gratia & in Diaboli progredi seruitutem cognoscit: q̄q;
eos in puluerem mors sit conuersura: Quem quæso libidinũ
ignis exuret diutius? Si contemplabitur & illud cuius affectat
pulchritudinem: & proprium corpus uermibus primũ dein
æternis ignibus: nisi resipiscat tradi oportere: Item q̄ Ap̃lo

testante fornicatores & adulteros iudicabit Deus. Pari pensi tatione & octauo pcepto audientes efficimur: Quando mortez xpi ob falsos pcipue testes euenisse cognoscemus. Propri am quoq; animaz accidere noscimus: quando in sapientiae le gitur libro os quod mentitur occidere animaz. Postremo nec rē proximi coniugem domum aliquid ue huiuscemodi aut de siderabimus aut moliemur usurpar̄: quando mors Christi (ut ostendimus) sit oportunissimum remedium ad edomandam tum affrenam libidinem: tum insaciabilem auaritiam: Mortisq; propriae recordatio uanas & superfluas curas abscindat.
Haec ergo decem illa sunt uerba de quibus Matheus edisserit in euangelio fecisse dominum mentionem & pronūciasse ad uitam ingrediendam esse necessaria: quae mortis Xpi & propriae meditatione (ut ostendimus) obseruari cōmode possūt.

¶ Duo illa mandata ex quibus pendent leges & prophetae facile cogitatibus eiusdem a nobis peragi posse nec difficulter posse cognosci quicquid a probatissimis uiris pro companda foelicitate excogitatum est illuc tendere. Cap. xi.

DEi postremo & proximi amorem pfatae meditationes pariunt. Stultum enim non amare infinitā bonitatem: a qua quicquid boni cernitur in nobis emanauit: Nam & quae diligimus ex caducis corruptibilibusq; rebus ea ipsa uti bona diligimus alioqui nulla appettendi nulla desiderandi causa: Summam autem bonitatem suam: summam erga creaturas charitatem nec clarius unquam nec spectabilius deus ostendit: q̄ cum pro seruis redimēdis filium tradidit: Ab hac quoq; meditatione uelut seminario omnis alia bona meditatio exoriri potest: Quem eniz meditaris crucifixum meditaris & incarnatum tui gratia: & illud scis esse uerbum per quod facta sunt omnia: & in quo omnia: & ad quod omnia. Cum uero mors propria occurrit meditanda recordare q; in hac uita nihil aliud habere potes q̄ uictū &

tegumentum: eosq; qui plus habent: certe nō habere plus bonorum: sed plus curarum: unde ad proximi amorē consequēdum apti redimur. Sed si examinauerimus quas sibi sanctissimi homines uias staturint ad deum & proximum diligenduꝫ comperiemus utiq; uel cunctas huc tendere uel ad hoc disponere: ut. s. Christum pro nobis mortuum nosq; morituros sæpissime cogitemus. Dionysius Areopagita comonet purgari mentem illuminari perficiq; oportere: ut diuinæ lucis capax euadat. Anselmus in meditationibus suis duce timore itineratur ad Deum. Augustinus hoc iter peragens se loquit̃ liberatum ab insidiis demonum memoria beneficiorum Dei quibus cumulatus extiterat. Benedictus docet in suorum monachorum regula emendare & instruere conscientiam: ut ad abnegandum se ipsos & sectandum Christum ipsos īducat. gregorius sanctorum exemplis incitare torpentes & desides satagebat (Bernardus contemplatione magnitudinis Dei humanæq; nostræ miseriæ ad diligenduꝫ deum accēdebat̃) (Frāciscus Xp̄o cōpatiēdo & eūdē imittādo ad uirtutū cumuluꝫ ꝑficiscebat̃) Dominichus extendendæ charitatis studio cœlum promerebatur. Quæ dogmata iudicio meo procurare sibi cōmodius hominem non posse palam ē q̄ his meditationibus de quibus toto tractatu egimus. Id ipsum si ad cæteros: quibus usi sunt sancti exercitationis modos te conuerteris compiturum non ambigo: Quos enarrare uel impossibile est: uel apprime difficile: Infiniti pœnæ sunt in diuina contēplatione & gradus & uiæ: sicuti & in orationibus: quarum species infinitas esse Cassianus edisserit: Sed an hac: quam exposuimus duplici uia duces hosce sequi possimus ꝑspiciamus.

Purgatur animus cum sordes hoc est terrenorum īmateriales formas spiritualibus p̄dilectas ad meditanduꝫ diligendumq; Christum conuersus abstergit: unde lumen illud quod iuxta Prophetæ eulogium super nos signatum est a patre luminuꝫ descēdens ipsam animam remotis impedimentis ingreditur: Quo lumine necessariam ueritatem agnoscit & diligit. At q̄d q̄so efficatius potest incutere timorem q̄ mortis cogitatio oīum terribilior: Quæ uia ē si male uixerimus ad tormēta per

petua. Quibus magis cõmoueri incitariq; bñficiis ualemus q̃ bñficio redẽptionis?

Q đ elegantissime quõdã Ioãnes Picus patruus his carminibus cecinit.

Nam tua siue aliter sapientia siue potestas
Nota suas mundo pdere possit opes.
Maior in erratis bonitatis gloria nostris.
Illeq; pcuncte fulget amandus amor.
Qui potuit cælo dominum deducere ab alto
Inq; crucem summi tollere membra dei.
Vt male cunctas prio de semine sordes
Ablueret lateris sanguis & unda tui.

Qua solidiori emẽdatõe castigat mẽtis petulãtiã nobis ĩ prõptu est? q̃ ut futurã nr̃am mortẽ sæpissime cogitemus: qua uelimus nolimus ad ponendã supbiã cõmonemur: Cũ psertim eo mentẽ appulimus: ut uermes de pasci corp9 hoc qđ tãtope diligimus sit necesse: uñ pdit humilitas oppositus supbiæ hitus: Propria quoq; fraudari uoluntate ob xp̃i amorẽ nec durũ nec aspum est illis qb9 exploratũ est xp̃z ne pr̃is æterni uolũtas nõ ĩpleret obtulisse se crucis supplicio. Exẽplis uero ad bñ opandũ ĩcitãtib9 qđ amplius egemus: qñ sctũs scõꝝ oĩumq; uirtutũ absolutissimũ exemplar & degẽs ĩ terris & ĩ cruce pẽdẽs oĩfaria exẽpla nobis pbuerit? Porro seges uberior ad ei ꝯpatiẽdũ ꝯsiderãdũ q; itẽ ad charitatẽ extẽdẽdã nobis pstari nõ põt q̃ crucis ipsius imaginatio: uñ & ad amoris rapiamur fastigia & ad imitãdũ q̃tũ possumus ppemus. Hæc aĩæ pfectio ẽ: Nã pfectũ ẽ illud (ut ait Aristoteles) cui nihil desit: Deest uero aĩæ nihil quãdo illud pgressa canit receptui. Si igit̃ nec uehemẽtius ulla re q̃ xp̃i mortis memoria ad eiusdẽ amorẽ ĩflãmari possum9: nec certiores effici nr̃æ miseriæ q̃ ppriæ mortis cogitatõe qua ab nimio nr̃i amore reuocemur reliquũ ẽ ut ad hæc nobis pcurãda piæ mentis affectibus ppemus alacres: & Paulo cõformes efficiamur: q ex una meditatiõe fctũs securior: exaltera fctũs ardentior læto aĩo (qđ oẽs formidãt) mori exoptabat: ut xp̃o ꝯiũgeret. Idẽ igit̃ iter nõ formidemus ĩcedere: Et hĩc cũ Dauide cãtemus puidebã dñz ĩ ꝯspectu meo sẽp: & ipe a dextris ẽ mihi ne ꝯmouear: Indeq; cũ solomone eius filio memoremur

nouissima nr̃a ut ĩ æternũ nõ peccemus.

Exhortatio ad lectores. Cap. xii.

Q Voniam ꝑfecti sumus ad metã decursis ꝓpositi operis spatiis restat ut lectores exhortemur ne illicibilibus huiusce uitæ delitiis quasi poculis circeis affecti mortis xp̃i & ꝓpriæ obliuiscant. Parũ q̄ppe ꝓfuisset & rõnibꝰ ꝓbauisse & auctoritatibus cũ theologoꝝ tũ p̃hoꝝ ostendisse utrãq; morteȝ debere a nobis cogitari nisi sedulo cogitaret. Aduertamus quæso collata in nos p xp̃ȝ bñficia: cõtemplemur obsecro cœli terræq; creationẽ & euocatũ ab inferis humanũ genus p p̃ciosissimũ illius sanguinẽ in ara crucis effusum. Examinet unusq̄sq; nostrũ si se ab rege aliquo in quẽ læsæ maiestatis crimine peccasset non solum a supplicio capitali absolutum nosceret uitaq; donatũ: sȝ Regẽ ipsuȝ ne iustitiæ maiestas nõ coleret eidẽ supplicio ꝓpriuȝ obiecisse caput: q̄tas illi gr̃as habiturus eẽt: q. s. ꝑpeti mortẽ maluissȝ q̄ reũ facinorosumq; (q̄ eẽt in eũ clementia quo amore) debitas pœnas luere: A qua morte cũ rex idẽ reuiuisceret nõ cõtẽtus collati in scelestissimũ hominẽ bñficii ediceret se in regni consortiũ ipsum reũ assumpturuȝ si ab eo paucula q̄piã & q̄dem facilia factu obseruarentur: qui ope regia se non destituẽdũ crederet (mõ ipse nõ resisteret uoluntate ꝑuersa) ut oĩo ad regnũ subueheret. Trãsferat hæc postea đ minimis hũanisq; ad diuina & imẽsa: mentis acie cœlũ penetret: Consideretq; a p̃re filio & scõ spiritu: q ẽ unus & uerus deus regũ rex & dñantiũ dñs ex nihilo q̄ ẽ ĩfinita potẽtia & bonitate creatũ mũdũ: Formatũ Adã de limo terræ in eũq; spiratuȝ uitæ spiraculuȝ & iustitiæ origĩalis stola uestitum: Eundẽq; cum mox accepti diuini mandati trãsgressor effectus esset iustitiaq; ea caruisset q̄ & retenta beatitate donãdus erat & amissa sempiterno suppliciio afficiendus: ipsam ĩnocentiæ uestẽ ꝑpetrato illo facinore omnibꝰ illis ademisse: q ex eius semĩe ꝓpagandi erant: Atq; cum humanũ genus ita ꝑdẽdũ esset sic exigente diuina iustitia quodãq; ĩfinito supplicio deceret facinus illđ expiari cuȝ ĩfinitum pecc̃m esset: infinitum dei filiuȝ effectum hoĩnem & ĩ

Collatas in nos p xp̃m bñficia

Exẽplum.

plorũ manibꝰ crucifixũ ĩfinitæ patris iustitiæ satisfecisse: resur
rexisse a mortuis: conscendisse cœlos: Iuuareq́ꝫ nos quotidie
& internis monitis & spãlibus angeli custodis nostri afflatibꝰ
& ineffabilibus sacramentis ab ipsius corporati uerbi morte &
primordia trahentibꝰ & efficaciã: ut illo omnino ꝑueniamus.
Nihilq́ꝫ aliud nos agere necesse esse: nisi decem implere mã-
data ut cœlos ipsos scandere possimus: & ut inquit Apostolo
rum princeps effici naturæ diuinæ consortes: Atq́ꝫ de sem-
piterno diuinæ uoluptatis torrente testante ꝓpha potare. Ad Moriẽdum
uertamus ꝑte altera quotidie trãsire ante oculos notorũ igno esse.
torumq́ꝫ funera: & uelimus nolimus oĩno futurũ esse ut subter
nos sternatᷣ tinea: & opimentum nr̃m sint uermes: atq́ꝫ si ter-
ræ orbi dñaremur nihil in aliud q̃ uictũ & tegumentum nos
reportaturos: Q đ si sup̃flua quæreremus quærere etiã nos q̃ Inanes cur.
q̃ inu itos & animi & corporis superfluos labores: quos etiã fa
cillime mors ꝑpetua secutura esset: Ac eum: q non calcauerit
hæc temporaria fieri non posse ut uera unq̃ animi pace iucun
detᷣ: quod licet contingeret quæ postea diuturnitas quæ stabi Instabilitas
litas rerũ humanarum? Quãq̃. n. pauci imbecillem hominum humanarũ
naturã ꝯtẽplentᷣ nec multi antiq̃s historias ꝯsiderare uelit qbꝰ rerũ miseria
terrænæ fragilitatis admonerentᷣ: nr̃as saltẽ ꝯtẽplari q́sq́ꝫ de- Noua exẽ
bꝫ quæ & breues sunt & sub aspectum fiunt: nec nisi cõniuen pla.
tibus nobis non aspici non possunt: uidebit utiq́ꝫ opulentissi-
mas urbes uel uno ictu oculi (ut ita dixerim) & absq́ꝫ sanguĩe
mutasse regimẽ: uidebit ditissimas familias celebratissimasq́ꝫ
summo e fastigio & honorũ & opũ ad pauperiem usq́ꝫ cõtem
ptumq́ꝫ deuenisse: Videbit plra hominum milia a paucioribꝰ
horæ dimidio ꝓstrata gladio occubuisse: uidebit potentissi-
mos reges: quorũ nutu magnæ prouinciæ trepidabãt e sum
mo culmine eiectos habitosq́ꝫ ludibrio: Quibꝰ cõmonefactus
exẽplis discet q̃ inania sĩt hoĩuꝫ uota affectatᷣ opes honorᷣs ĩpa.
Dum hæc scriberẽ. i. dũ extremã manum operi ĩponerẽ a ta-
bellario nostro Roma redeũte mihi relatũ est fernãdũ iunio-
rẽ neapolitanũ regẽ uita excessisse. Regnũ illud triuꝫ dunta-
xat annoruꝫ spatio qnq́es regẽ mutauit: Quorũ tres iã diẽ ob
iere. Vidi ego adhic fere sexẽniũ illius tenere sceptrũ pacatissi

moq; sedere solio Fernãdũ Alphõsi illius hispaniaꝝ regis quõdã celeberrimi filiũ: & istius q nũc migrauit ẽ uita patruũ auũ: Florebat Rex ille copiis munitissimis urbibus & natura & arte gẽmis & auro supra mensurã eqs ad bellũ tã strenuis tã multis ut inde ueluti ẽ seminario p Italiã Galliãq; cõfluerẽt. Filius ei primogenitus erat Alphõsus nomen aui referẽs Dux Calabrũ cognomẽto bello & armis potẽtissimus ac multis Italiæ ciuitatibus solo noĩe terrorẽ incutiens: Mox ab Aqlone turbo cõuoluitur Fama puolitat Carolũ Galiarũ regẽ potentissimum regnum illud inuasurum: Fernandus ille inopinati & fere subiti morbi uiolẽtia necat: Sufficit eius loco Alphonsus ille tãtope in armis celebratus tãtope formidatus: Qui simulac accepit Carolum Romæ ppinquantẽ: ut inde in eius dictionẽ mouẽs bellũ iferret: traditis Fernãdo filio regni gubernaculis aptatisq; sibi triremibus Neapoli soluit: Messanã applicat: Paulo post obit e uita: At ubi paululum Gallis Fernãdus resistit Neapolim regressus patrem paratis nauibꝰ sequitur: Carolus autem ꝓgrediẽs totum illud regnum tam cito uicit q̃ uidit. Sꝫ cũ post ipsius reditũ in Gallias fernandus in Calabrum fines reuersus esset & multas regni illius ꝓuincias recuperare cœpisset: mundusq; arridere uisus esset humana deserens ĩ æterna ꝯcessit successori curaꝫ relinquẽs cũ Carolo de regno decernẽ: Quis belli finis futurus nouit ille q nouit oĩa & cui uoluit reuelare. Hoc rerũ humanaꝝ põdus: hæc soliditas: hæc gloria: ꝓ qua mille discrimina nostri hoĩes subeunt: mille erũnas exãdãt: Quãto satius eẽt ut puo cõtẽti dñandi libidinẽ coerceremus: Auri sitũ restigueremus: cõpesceremus Irã reliquosq; tũ irascẽtiæ tũ appetẽtiæ ĩpetus frenaremꝰ. Exoratos igit uelĩꝫ quoscũq; lecturos nr̃a hæc q̃lia q̃lia sũt: ut q sũt dũ legũt qq; olĩꝫ sũt futuri aĩaduertẽtes posthitis momẽtaneæ uitæ & semp labãtis mũdi ꝓmissiõibꝰ cogitatus suos ĩ xp̃ꝫ iactẽt: Eius mãdata custodiãt: Quæ si qñq; dirrupint: pœnitẽtia debita resarciãt: eidẽq; actiões cũctas & opa condonẽt: A quo cũ p mortẽ extẽporariis migrauerit sẽpiterna fœlicitate se donatos agnoscãt.

FINIS. LAVS DEO Maximo Optimo.

Index capitū librorꝝ Ioānis Francisci Pici Mirandulæ de humanæ & diuinæ Philosophiæ studio. Proæmium.

Capita primi libri.

Capita libri Secundi.

IO.FRANCISCVS PICVS MIRANDVLA AL-
BERTO PIO. SALVTEM.

MEMINI Supiore æstate du3 una de litteris loque-
remur non nullos eoru3 qui Philosophiæ incun-
bunt ab usus recensuisse: Et illoru3 presertim: qui
se totos gentilium litteris mancipant: Quod (cu3
inter eas uersatus esse uersarerq;) non secus a te existimare po
teram acceptum q̃ a Simonide uerba Hieronis recensentis in
commoda Tyrãnidis: quam & affectauerat & adeptam reti-
nebat: Nisi occurrisses statim uenissesq; in sententiam: inge-
nue & libere confitens te non pauca ex iisdem studiis ppessu3
incommoda: Magnaq; circunspectione opus esse ne huiusce
modi exercitiis rectæ uitæ instituta mollirentur: Ex hac collo
quutione ad scribendum excitatus de humanæ diuinæq; phi
losophiæ studio libros duos confeci: Hos ad te mitto dicoq;:
In quibus uidere poteris quantum diuinæ litteræ sint expe-
tende: quantumq; Philosophastri quidam exorbitent: qui eis
contemptis humanas adorant: Quibus si uterentur Aliquo
essent emolumento: Cum abutantur magno detrimento nõ
esse non possunt. Dignum certe ut studiorum meorum te ali
qua exparte participem faciam: ut pote quem mihi & sangui
nis necessitudo deuinxit: & mutua consuetudo atq; amor fir-
missime copulauit. Vale Mirandulæ Nono Kalendas Ia-
nuarias. M.cccclxxxxvi.

IO. FRAN. PICI MIRANDVLAE IN LIBROS DE STVDIO HVMANAE ET DIVINAE PHILOSOPHIAE PROEMIVM.

VERVM Notitiam ita ab initio dilexit antiquitas: Vt ea hominis bona quæ fortunæ nuncupantur & corporis posthabenda duxerit: ut hoc unum assequeretur: Tantum scilicet inueniendi ueri cupiditas apud humana ingenia ualuit. Ad diuersa tamen inuestiganda: ut sua cuiusq; ferebat animi propensio diuersi animum appulerunt. Placuit tum mundo negotium hoc: & qui tali animo fuere instituti Apud suas quisq; nationes in pretio sunt habiti. Et pro regionum gentiumque uarietate uaria nomina honorataq; sortiti sunt: Græci a qbus & liberales artes & scientiæ magna expte Ad nos manarunt eos omnes qbus præcellenti cognomento sapientiæ dignati sunt sophos appellabant: Priusq̃ Pythagoras Samius inuestigãdis rerum causis sollertissimus atq; incõponendis moribus studiosus A leonte Phlyasiorum tyrãno quez se profiteretur rogatus esset. Sophi enim tum nomen in phum cõuertit modestiæ causa se amatorem sapientiæ q̃ sapientẽ nominare malens: Ab eo tẽpore fere omnes Q ui remotiores causas & naturæ secreta sunt sciscitati eadem etiaz nomenclatura uocitati sunt: Adeoq; illius nominis Cõsuetudo ĩcrebuit: ut quæq; humana placita lr̃is tradita atq; ad excolendũ aĩuz oportuna uno phiæ ambitu cõtineri nõ nullis sit psuasuz: Verꝝ duz ĩter antiquos ueri dei cultores nõ hoĩnũ inuenta sz diuina mãdata lr̃is exarata legerent: A gẽtibus illis quæ sũmi Dei ignorãtia caligabãt fictiosq; colebant Deos non ꝓbe sunt agnita: ex timata tñ plurimi: Nãq; nõ parꝝ multas sñias ĩde decerptas in sua cõmentaria trãstulerũt nomẽ ipsũ diuiæ legis uenerãtes: quaq̃ sensui ꝑceptisq; sanctissimis nõ audierũt. Libros autez illos diuinorum post Christi aduentum: Vt pote qui pluri-

bus umbris offusi fuerant instrumenti noui radius illustrauit: Multa addens pleraq; declarans & ueluti postrema forma ru dem adhuc materiam existentem sub priori omnibus numeris non consumata perfecit. Seminato deinde per orbem euāgelico grano multi non modo ex hebreis legis ipsius periti. sz ex gentibus etiam philosophi celebres ueram cognoscentes alimoniam Christiani effecti eas quas prius didicerant litteras ad cultum salutiferæ doctrinæ contulerunt: Aliis hoc est hereticis ad pernitiem demolitionemq; catholici dogmatis laborantibus. Mixta ergo post Christi aduentum utraq; philosophia humana scilicet & diuīa: q̄q̄ & ea quam uocamus humanam quandam habeat portionem cui diuinum nomen impositum est: Nam quæ de separatis a materia substantiis loquitur & methaphisicam & primam philosophiam & diuinaz nuncupauere: Nos autem humanam appellandam censuimus: tum ꝙ humano ad Deum gradu promouet hoc est initio & adminiculis sensuuz: tum ꝙ paucula quempiam de deo rimata est. Sacræ uero litteræ: quæ diuina philosophia uere nominatur retrogrado procedunt ordine: Nam & a Deo ex ordiuntur & in Deum finiunt & semper de Deo loquuntur: Nihilq; pertractant quod ad ipsius cultuz in hac uita & in alia ad fruitionem non pertineat: nec humano ingenio comprehensæ: sed reuelatæ diuitus: ut ad ueram æternamq; sapientiam quæ nihil aliud est q̄ Deus perueniremus. Hæc omnia mecum ipse cogitans & sæpe dolui & cum pluribus etiam suz conquestus quando in litterarum studio pars magna hominum exorbitat: Qui cum p̄hos quasi litterarum gradus ad supernam patriam conscendere deberent aut in primo considunt: aut paulisper promouentes dum opus esset progredi ordine præpostero descendunt nunquam humanæ philosophiæ caliginem oculis excutientes: Nunquam ad lucem Diuinam dirigentes intuitum & quod peius nunquam aut ægre per puri animi ardentem affectum ueram sapientiam idest Christum complectentes. Dixi gradus

litterarum qm̄ multi ex his qui litteras non nouerunt amoris alis illuc demigrāt: quo nulla charitatis exps doctrīa ĩgredit: Aliud quoq; peccant non nulli: Qui adeo humanam philosophiam extimescunt ab eaq; abhorrent: ut omnino ei studeř nephas arbitrentur. quibusdam male intellectis auctoritatibus permoti: Sed hi paucissimi: Plures illi qui adeo eius amore insaniunt: ut sacras litteras aspernentur in easq; garriant: & tanquaʒ aniles fabellas reputent obloquanturq; in religionē: pulchrum putantes & decorum philosophis errore impietatis inuolui: Cum nihil magis a philosophi officio sit alienum. Quapropter breui cōmentariolo quæpiam de utraq; philosophia perstringere statui: & quantum earum studium prodesse possit Si recte: quantum obesse si perperam pertractetur ostēdere: quatenusq; in humanam philosophiam se ingurgitare homini liceat: Monstrabimus finem eius non recte poni nisi ĩ adeptione diuinæ: quæ illam numeris omnibus supergredit: Demum probabimus inanem esse conatum nostrum nisi taʒ hac q̄ illa ad Dei contemplationem & amoreʒ capescendum usi fuerimus. Quod exequentes nō ardua nimis moliemur: sed tam traditu q̄ captu facilia quantum nostra tulerit infirmitas perscribere conabimur.

IO.FRAN.PICI MIRANDVLAE. DE STVDIO HVMANAE ET DIVINAE PHILOSOPHIAE LIBER PRIMVS.

Caput primum. Oēm scientiam notitiam ue: per se bonaꝫ esse: sed fieri posse malã ex accidēti.

TRACTATVRVS IGITVR QVOmodo humana diuinaq; Philosophia excolēda sit/inspiciendũ arbitror in primis an oīs sciētia notitia ue ueri quocũq; ea nuncupet nomīe bona sit an mala: expetēda an fugienda. Discutienda qppe priori loco uniuersaliora cōmunioraq; ænigmata: ut euidentius principalis Scyrpi resolutio cōstet Nec ego ad præsens discusserim doctrina a disciplina re nomine ue dissentiat quid sapientiæ nomine importet: Quid distet a sciētia: qd sibi exactissime uelit phiæ nomē: & cætera id genus: cum ꝓmiscue hæc oīa noīe phiæ ꝯcludi possint. Hæc paucula præmiserimus: ne quispiam importuna morositate obstrepens sarcire possit de uerbo calũniam. Percunctabimur itaq; an ueri ipsius cognitio siue ab homine inuēti siue diuinitus reuelati obesse homini præsertim christiano possit in eoq; inuestigando aberrare contingat. Et q̄q̄ tantopere de hac quoq; controuersia tractandum apparet: quæpiam tñ ī pñti colligemus: ut commodius ad ea quæ tractãda desumpsimus descēdamus. Constantissime aũt possum asserere cũ magnoꝝ hominũ ꝑiudiciis tum & rõnibus quãlibet sciam bonã dici posse cum scire ipsum sit bonũ & maxime a natura expetitum: ut testat᷑ Aristoteles in prima phia: & suffragat᷑ rõ: cũ natura nobis auiditateꝫ mali alicuius nõ insculpserit: qñ id potius in auctorē ipsius naturæ q̄ ī nos reiiceret: Perfectionem quoq; naturalē bonã eē & expetendam nemo ambigit: Q ñqdem id quod imperfectione aliqua dehonestat᷑ minime cessare debet donec eaꝫ abdicet abiiciatq; nactum absolutionē debitã: Cōsensus aũt sa-

pientũ ē hominē qua homo ē ſciētia perfici: Nãq; intellectus noſter hoc ē propria forma qua & uegetamur & ſētimus & ſapimus de poteſtate ad actũ per ſcientiæ habitum potiſſimum ducit: Corpori enim cũ copulat ſi Ariſtoteli & noſtris theologis credimus: ueluti tabella ē: quæ nihil in ſe depictũ nihil hʒ delineatũ: Nec ītereſt an eadē anima ſit: qua uegetamur qua ſentimus qua ſapimus: An intellectus ſit animæ potentia re etiam non tãtũ nomine ab ipa aut rei natura differēs: ut Thomas aliiq; pmulti conſtantiſſime uolunt: An potius ut alii cõtendunt ſeorſum ſentiendum ſit: Reiicienda.n.& hæc & ſi q̃ huiuſcemodi occurrent controuerſiæ: cum ſeorſum ſint ptractandæ & ſuſcepto muneri impedimento magis q̃ emolumēto eſſent: Illud fatendum animam ſcia pfici: Quod etiam confirmat diuinus Dionyſius libro de diuinis nominibꝰ Aſſerēs humanæ animæ bonum in ueritatis cognitiōe cõſiſtere. Ariſtoteles item in æthicis ſummũ hominis bonum in cognitōe ſũmi ueri ſtatuit: Quapropter conſequetur ipſum bonũ in ipſius cõſitere ueri cognitione. Sed & id liquebit aperte ſi cōtēplemur tũc nos euadere pfectos: cum deo ꝓximi ac ſimillimi q̃ poſſumus efficimur ꝓ modulo nr̃æ īfirmitatis. At cũ ī eo ſit oīs ſcia mō quodã eminētiſſimo & inenarrabili reptare paululũ erga ipſum paruuloꝝ more uidebimur q̃q̃ genibus terram radentes Si notiones rerũ plurimaꝝ acqſierimus. Hinc apud Platonem & Ariſtotelem Philoſophiæ laudes: Hinc apud Ciceronem exuberãtia p̃conia: Apud pleroſq; alios moderatiora Atq; etiã apud nr̃os decens laudatio. Ex his igit̃ liquere arbitror ſcientiam oēm bonã eē & expetendam. Verum q̃tuʒ ex monumentis ueterum potui colligere: ph̃ia ipſa multiphariam ei nocere põt qui ſe totum illius addixit ſtudio: & licet ꝑ ſe ſuapteq; natura bona ſit uerti eam nihilominus in nr̃am ꝑnitiē ſæpius atq; ꝑ aliud quaſiq; dixeris ex accidēti mala fieri Cum ille ſcilicet ſciendi appetitus nimis exorbitet ob defectũ uitiatæ naturæ: ſupbia.n. uel Gloria uana põt eē in cã cur ſcire aueamus: Põt & ſcia iã habita qſpiã habuti ad eiuſdē gl'iæ ſtudiũ: quã ueneno dixeris ſimilē ſi ī ꝓximi obprobriũ ꝯuerſa

fuerit aut in catholicæ ecclesiæ detrimentū: Illud quoq̃ ma-
gnopere non obeē non potest cum ut eam quis excolat secte
turq̃ id officii quod ei necessario incumbit aut negligit aut p̄
termittit: Nemo autem officii alicuius exps esse potest potissi
mum Christianus homo: Cui multa ut credat incūbunt: Ple-
raq̃ ut cupiatur: Plurima ut operet̃. In primis. n. Credere op3
quæ docet ecclesia: Cui obeundo muneri plus minus ue quis
q̃ pro ordine eo aut gradu: quem in ecclesia nactus est obno-
xius redditur: ut ab aliis persæpe tum a nobis in Theorema-
tis de necessitate & ordine credēdi arbitror monstratu3: Ea p̄
terea quæ necessitates religionis cōcernunt actiones ue aut o
pera ut recte perpetrent̃ nobis demandata minime obliuioni
mandanda: Nemo enim addubitauerit sanæ mentis diuite3
eum qui proximo prodesse & potest & debet magnopere dei
oculos a se auertere iramq̃ lacessere: Qui cu3 rogatur ut opis
aliquid afferat egenti subtilitate aliqua: in qua tum forte uer-
satur detētus obdit auribus cæras: unde pauperi uel mors uel
grauissimum obueniat incōmodum: Pari pacto his delinq̃t
magnopere cui delegata ē cura ut populos regat iuuet mo-
deret̃: si eo contempto uel male administrato munere se totū
inutilium quæstionum speculationi mancipauerit: Inutiles ñ
modo eas appello quæ scitu dignæ nō sunt uel quia meræ nu
gæ meræq̃ fabellæ uel quia sciri nullo modo possunt: & qui
eas discutere uellet irrideret̃: Sed illarum quoq̃ multas q̃ quo
tidie in corona eorum qui profitentur litteras exagitant̃: Nā
id ē inutile quod finem eum ad quem est natum minime con
sequitur: Ad intellectu3 autem excolendum sunt ordinatæ:
Qui uidelicet intellectus uoluntatem adiuuet: ut ea bene in
stituta recta opera consumentur: Hoc enim Christiani homi
nis opus quo niti debet in cælum: Quid ergo mihi an ēs uni-
uocum æquiuocū ue: An magis sit analogum? Quid an pri-
mum sub obtutum ueniens intellectus confusius fuerit aut di
stinctius: subba ne an magis accidens cōmune: & cætera id ge-
nus: si neglexero discere quæ debeo: & quæ operari aut post-
habuero: aut frigide exceutus fuero. Quare rectissime Ber-

Inutiles q̃stiones

nardus in cõmentariis in cantica canticoruꝫ optabat in se dominum Iesum tantillum ordinare charitatis quod dederat: ut sic sibi curæ essent uniuersa quæ sunt ipsius: ut tamẽ quod sui potissimum propositi seu officicii esse constiterat ante omnia curaret. Magis ergo cauenduꝫ nobis ne mandata Dei ob traditiones hominum imo uanas opiniones deseramus. Cæterũ ex modo quærendi scientiam aberrare possumus: aut curiose nimis & auidius q̃ oportet: Q đ genus hominũ a Seneca etiam & a Plinio acriter obiurgatum est: Aut ea discẽtes quæ ne discamus ab ecclesia cautũ est publico edicto: Aut ab his quoq; a quibus non licet ut demonibꝫ: Quoruꝫ ne socii fieremus magister gentium enixe p̃cepit. Adde q̃ in ipsa etiam nuꝫ reuelata scientia falli qmus si uidelicet supra proprii ingenii facultatem rimari nimis abdita satagamus: in eaq; penitus conari quæ humanos cogitatus effugiunt de his quæ sola fide cognosci possunt demonstrationes desiderando. Peccaŕ quoq; contingit cum ob nimium studium in ualitudinem aduersam incurriŕ. Quapropter cum tot mala id quod esse bonum diximus circunstent Deliberare tuto flores litteraruꝫ non datur: nisi caute inter spinas quibus uallanŕ manus consertaueri mus. Sed de his satis. Nũc an aliqua humanæ philosophiæ pars xp̃iano sit necessaria pscrutãdum.

¶Humanam philosophiam non esse necessariã Christiano: quãq̃ utilis esse põt. Cap.ii.

CVM Autem ostenderimus Philosophiam ipsam seu ueri sciam bonam esse per se: & quispiam forte compererit eam: quæ reuelata est (ut Thomas aquinas aliiq; permulti docent) esse necessariam Christiano ad capessendam fœlicitatem: poterit idem ambigere an etiam ea quam humanã dicimus utpote ab homine inuentam & per naturæ uestigia procedentem ad beatitudinem comparandam sit necessaria. At si christiani principale munus considerauerimus tolletur q̃totius dubitatio: Nam id in christo per fidem noscendo piumq; per affe

xp̃iana uita qd exigat.

ctũ collẽdo ꝯsistit. Exigit nãq; prĩcipale xp̃iana uita defecatũ animum terrena labe: & opus ad amussim ad Dei gloriam di rectum: Ob hoc reuelata sunt deitus diuina præcepta: & tam uetus q̃ nouum instrumentum promulgatum: Quæ nec etiã est necesse ut singuli percalleãt: sed satis ẽ si quisq; quod ad se attinet nouerit (ut paulo ante diximus). Q̃d si quispiam con tenderet multa ad recte ducendam uitam facientia in philoso phorum gentilium libris reperiri: Quare asciscenda nobis ut bene beateque uiuamus: Is aliquid diceret si non perfectius & enucleatius ĩ diuĩa scriptura q̃cũq; sũt bõa tã ad spectatiuæ q̃ ad practicæ scientiæ partes pertinentia continerentur: ut in calce operis colligemus. uerum si quispiam asseueraret huma nas litteras ad perfectiorem sacrarum litterarum eliciendam noticiam conducere: & quanq̃ minime necessarias: utiles ta- men & quoquomodo oportunas esse. ei non magnopere con tradixerim: & si forte aliquid possem refragari. Possem unq̃ cum perfecte sacra eloquia pcipi nequeãt: nisi eo lumine quo sunt dictata: eoq; potiore: quod intellectus nostri lucerna cir- cũfert: & etiam non sunt inuenti qui optimam eorum intelli- gentiaꝫ sunt affecuti. Licet in aliis litteris ineruditi: Q uẽad- modum Antonius: & Barbarus ille seruus christiãus: qui ple nam noticiam eorum triduanis precibus impetrauit: ut Au- gustinus scribit. Attamen cum pauci ad id prefectionis cul- men ascendant: uersandæ sunt sacræ litteræ nocturna diur- naq; manu: & si ita libet: uocandæ erunt externæ ĩ famulatũ. ut ueluti ancillæ dominæ deseruiant: nõ imperitent: ut sacra tissimos uiros fecisse legimus: & omnipariæ doctrinæ luce posteros irradiasse. Earum igitur philosophiæ partium: qui- bus boni utentur ad cultum diuini eloquii. hæc erit utilitas: q̃ illa & scientiæ: & eloquentiæ semina abtrusa in mysteriis: in animo studiis eiusmodi præparato copiosius adolescẽt: fœ cundamq; segetem parient. Facilius enim admittitur in abdi ta diuinæ sapientiæ eius acumen ingenii: qđ in philosophiæ liberaliumq; artium studiis quasi super cote limatum fuerit. De ea tamen cognitione loquimur: quæ a sensibus trahit ori

ginem: nec ordinem discendi nobis congenitum supergredi tur: quo solo nisi superno illo lumine fuerimus collustrati per fectam & exactissimam intelligentiam non assequemur. Pa- tet itaq; quadam tenus prodesse humanas scientias conduci- bilesq; esse nobis non propriæ necessarias ad beatitudinem. Alioquin deus nobis perfecta dogmata non tradidisset: & in monstrando nobis cœlesti itinere aberrauisset. Cũ nullibi mẽ tione ȝ fecerit oportere eos: quibus supernæ hierosolymæ ho stium aperietur: Liberales artes seu primam aut naturalẽ phi losophiam percaluisse: sequeretur: iteȝ plurimas quas in cœlo degere credimus sanctoꝝ animas illuc non iuisse nec esse bea tas: quando earum plurimæ litteras non nouerunt. At post quam oportunas diximus sæculares litteras: nec renuendas operæpretium est ne nimis cupidi earum simus: ut uideamus quid commodi ab eis quid detrimenti catholicæ ecclesiæ col latum fuerit: Quod facturis nobis paulo altius exordienduȝ.

¶ Fuisse magnos ĩ ecclesia uiros: qui docti fuere doctrinas gẽ tium q̃q̃ eis non nimium usi: fuisse magnos qui illitterati. Item non cuiusuis esse dignoscere plus ne emolumenti an de trimenti Christianis attulerint gentilium litteræ. Cap. iii.

DIuersos hominum gradus omnipotens Deus pro ut eius sapientia exegit cuius nec mensura nec ter minus in ecclesia sua extulit: alios doctrinis omni bus excultos: Alios litteras ignorantes: Quorum tamen e numero aliquos ad perfectionis fastigiuȝ euexit: ut supbis aliquando innotesceret increatam sapienti- am cum aliquid etiam per hominem operari uult non ege- re creata quæ illius tenuis imago est: efficereque quandoque cum ita ordo poscit ĩmensæ prouidentiæ: ut bruta stolida- que animantia non modo ruditus edant: Sed in huma-

nam uocem erumpant quanto magis ut homines idiotæ sæculi sapientes exuperent. Partitis itaq; ordinibus hominũ q̃si pretiosis uariisq; monilibus sponsam suam ecclesiã Deus exornat: Atq; ut a ueteri testamento auspicemur nec altius q̃ tẽpore promulgatæ legis paucula ex multis delibemus electus est Moses doctus in omni ægyptiorũ doctrina: Is a Deo hausta legis præcepta israelitico populo promulgauit: Multa docuit: Multa perscripsit: Attamen nullas eum legimus cuiquã hominum ex tot milibus Mathematicas demonstrationes q bus pollebat ægyptus dum per deserta harenosaq; loca degerent in sabulo deliniasse: quamq̃ sub expositis eius uerbis subtilissimæ sententiæ latent in eo presertim opere quod de mũdi edidit exhordio uti cum alii tũ Ioannes Picus patruus ĩ heptaplo sua mirabiliter ostendit: Prophetas alios temporis etiã decursu suscitauit quosdam nobiles urbanamq; elegantiã redolentes quosdam etiam post greges pecorum euntes auocauit & misit prophetare: Christum autem qui sequebant̃ Apostoli simplices fuere idiotæ & plurimum piscatores: Quod nemo est fere: qui nesciat. Vnde duo potissimum documẽta colligere possumus: ut. i. percipiamus homines eos non peritos grammaticæ (ut Augustinus ait) non armatos dialectica nõ inflatos rhetorica quo magis Dei potentia pciperetur refulgeretq; gloria mundũ pene totum paruo temporis spatio sua ad credenda dogmata adimplendaq; traxisse: Deinde edoceamur non in nostra quæ nulla est: sed ĩ Dei uirtute fide re oportere: Qui humiles diligit & mirabilium facit operum effectores. Paulus Apostolus deinde ad fidem uocatus est superna uoce edoctus legem ad pedes Gamalielis: q sæcularibus prius in litteris eruditus esset nec ne certum aliquod argumentũ non apparet: nisi græcorum poetarum fragmenta quædam: Hunc secutus Dionysius Areopagita summus antea philosophus qui multa theologica opera edidit relatu Pauli d̃ deo de Angelis de ecclesiæ mysteriis in quibus tamen non adeo multa philosophorum gentilium dogmata ĩmiscuit: sed potius q̃tum ab homine fieri doctissimo potuit harumq; rerũ ple-

Duo documenta.

nissimo dissimulauit. Sed (ne uidear historiam texere: multitudo postea hereticorum insultauit: Qui paruo ex semine pullulantes in maximum numerum excreuerunt: eorũq; pfidia multis sæculis ecclesia quassata est & turbulẽtissimis tẽpestatibus agitata: Eodẽ tẽpore in initio. s. Arrianæ blasphemiæ uiuebat Antonius Quem abhominandam quoq; illam heresim spiritu prophetico ꝓuidisse Athanasius ẽ auctor: Viuebat & multitudo magna monachorũ p ægypti auia deserta q; hitãtiũ: sʒ i plurimũ illiterati essent doctrinisq; gẽtiliũ non imbuti: Extitere apud græcos Origenes Athanasius Bassilius Duo Gregorii Eusebius Ioannes cognomento Chrisostomus tota græcia & toto latio celebrati: Apud nos Cyprianus Hilarius Ambrosius Hieronymus Augustinus Illi orationibus dũtaxat hi etiam doctrinis aduersus uarias hereticorũ sectas bellantes: Quamq̃ nõ una eadẽq; tempestate omnes isti simul aliiq; celebres quos non recensuimus floruerũt. Demũ longo post tempore Parisienses Theologi exeruerũt caput: & quadringentis ab hinc annis in precio sunt habiti: Eos oẽs hac appello nomenclatura qui parisiorũ gymnasiis sunt enutriti: Quiq; philosophiam theologiamq; pulchritudine elocutionis posthabita tradiderunt nouo quodam scribendi genere nec Aristostelem Platonemue nec priscorum aliquem imitati: sed per quæstiunculas & titillãtes argutias similes fortasse eis de qbus Cicero mentionem facit: qui quasi quibusdam punctis quod uersabat in dubio colligebant: In hoc certe dissimiles q; illi q̃q̃ orationis florẽ non sequebant minime tamẽ aspnabantur linguæ propriæ idiomatisue proprietatẽ: Q̃d ipsi fecerunt: ut ẽ uidere apud Thomam Scotum: Albertum reliquosq; in eo philosophandi genere doctores illustres: Sed excusandi omnino cum his quo tradebant sua dogmata sermo tũc eẽt in usu latinaq; eloquentia iuisset pessum: Laudauere eam nec imitabantur detenti a sæculi illius cõsuetudine homines alioquin iudicio ualẽtes & ĩtellectu subtilissimo. Vidimus & eruditos & rudes a Deo electos ad culmen uirtutũ: nec non qui magna fecere aut illitteratos fuisse aut si doctos i

gentiliũ litteris ſacris potiusq̃ ipſis uſos fuiſſe: Nunc inſpicië
dũ magnũ ne aliquod emolumẽtũ attulerint eccleſiæ æthni
corum lr̃æ: An etiam detrimentum apportarint: Nam præ=
ter faciliorem ſacri textus intelligentiam quam etiam proba=
uimus abſq; externarum diſciplinarum adminiculo hr̃i poſſe
nullũ uberiorem fructum ex eis elici cõſpicuum ẽ q̃ de hereti
cis uictoriã quibus reſiſtatur: cum contortis argumentationi
bus ſuis & cauillamentis inanibus deprauant diuinum inſtru
mentum trahentes in ſentẽtiã imperitum uulgus: eorumq; re
tundat̃ & detegat̃ inſania ut pietas extra contrauerſiam fulci
atur & debelletur impietas. Sed percurramus hiſtorias uete=
res Actaq; eorum qui cum hereticis pugnauere inſpiciamus.
Ego (ut de me fatear nunquam legi nec arbitror inuenitur q
legerit) ullum unquam hereticum ui aut logicæ deuictuȝ aut
rhetorices perſuaſum hereſim abiuraſſe. Ita ut in ipſo diſputa
tionũ conflictu manus dederit & mutarit ſententiaȝ: Niſi for
te quis mihi uel delonginquo obiiceret Gilbertum Porrecta=
num & Petrum Abelardi qui quamquam ueterum errorum
ſectatores non fuerunt tamen ſua auctoritate pernitioſa dog
mata ferebant: & hunc in ſenonenſi illum in re menſi concilio
beati Bernardi opera ex itineris auio ad rectam rediiſſe ſemi=
tam: Cui reſponſum uelim Gilbertum Petrumq; ipſum non
obſtinate ſuos erroreſ defẽdiſſe: ſed mr̃is eccleſiæ dictis paru=
iſſe: Quis enim niſi dialecticæ artis ignarus crediderit doctũ
hominem & impugna litteraria exercitatum poſſe argumen
tationuȝ potentia cõprehendi: Non ne quottidie experimur
contra manifeſtam ueritatem ab aliquibus pugnari: nec quẽ=
quam ſubtili ingenio preditum q̃tumq; delira extremaq; bla
cterantem ſyl'lo capi poſſe quin quo uelit non ſe transferat in
tuto ſi non uere ſaltem apparenter: ita ut plerũq; nõ mõ igna
rum ſed ſemidoctum etiam uulgus eludat ueri rõnem magis
a ſe q̃ ad aduerſario habitaȝ ſimulans: Verũ.n. uero exaduer
ſo legi ſimplicem idiotãq; hominẽ uerſutuȝ nimis & exercita
tum in lr̃is hereticum paucis uerbis deuiciſſe & traxiſſe ad fi=
dem qui nihilominus diu & anxie pugnauerat cum doctiſſi=

Sĩplicẽ hoi
nẽ p̃huȝ he
reticũ i ſen
tẽtriã t̃xiſſe

mis epis qui ad concilium illud Niceae celebratissimum euen tilandae ueritatis gra disputationu Cribro couenerat: nec un qua superari uerbis potuerat: sed e manibus capere tentantiu quasi lubricus anguis elabebat: Interrogatus postea ab ami cis qui fieri potuisset ut breui interrogatiuncula illitterati uiri penitus acquieuisset respodit se prioribus illis qui secu confli ctauerant epis p uerbis uerba dedisse: huic aute qui Dei spiri tu loquebatur resistere nequisse. Legimus quoq non nullos gentiliu phiorum ad Antoniu Visendu perrexisse disseredi gra tia: & breui ab eo sermone captos ruboreq suffusos abscessis se uerbis inquam aculeatis flameis diuiuaeq charitatis ardore corruscantibus no mudana sapientia quam non nouerat ex aminatis. Haec uolui dixisse quia multi hoc ptextu quasi cly peo se tutantes: ut. s. phiae ingenium mancipare liceat ob he reticorum pugnas contenut diuinas litteras e caelo delapsas: ut terrigenas (ut ita dixerim) excolat: Discant. n. oportet spi ritu hereticos captiuari: & eis potissimum litteris quae ab eo in nouo instrumento reuelatae sunt: Illud tn no negabimus un quam: sed asseremus semp asserimusq: priscos illos uiros qui & coram & scriptis suffulti et humana philosophia Heretico rum retudere superbiam ignorantiamq detexere (quid enim aliud est hereticus nisi supbus & indoctus:) multu ecclesiae pro fuisse. Nam apud doctos constat omni ueritate stabilita esse ea dogmata quae uera pdicat ecclesia: omni falsitate quae re pudiat: crediderimq plurimos eorum doctrinis motos afflante semper diuina gratia pnitiosas hereses deleuisse: Nec illud ite inficiabimur no nihil fastu a parisiensibus theologis: Cum philo sophia ipam pipatheticam: cuius iprimis fuere sectatores no so lum cum diuinis lris stare posse in uniuersum: sed eius etiam magnopere ostenderit deseruire: iuxta illud elogium misit an cillas uocare ad arcem: Attulerunt dubio procul non parum opis opibus ecclesiae hac sua exercitatione: Quo etiam uelu ti instrumento Christianus homo reliquos erroribus macipa tos reuocare possit ad uiam rone etia naturali si ei soli credide

Antonium getiles phi losophos co futasse

qd sit here ticus

Parisieses theologi

qd' parisiẽsi uȝ thẽologia

rit: Nec aliud mihi uidetur parisiensiuȝ thelogia q̃ mistio quædam ex diuinis eloquiis & naturalibꝰ rationibꝰ dissultans: pulcher profecto & honestus modus debellandi aduersarium est eis ipsis quibus utitur armis uincere. Quare impiis ostendere naturam ipsam quam dicunt sequi monstrare nobis creatorẽ & agnoscendum & honorandum repudiandas quascunqꝫ supstitiones ueram relligionem excollẽdam pulcherrimum est. Quis autem uidetur huic muneri idoneus omnibus numeris nisi qui sit prius recto corde postea placitis etiam aduersarioꝝ instructus Hieronymus ait Si quispiam aduersus mathematicos uelit scribere impitus matheseos risui patebit: opus quippe in refellendis explodendisqꝫ monstris litterarum eadẽ nosse: Et ne lõge uagemur exempla quærentes quantas nuper

De Ioanne Pico.

Ioãnes Picus patruus meus sibi laudem cumulauit si mõ humana laus Christiano uiro æstimanda sit Quantã tulit in cælis gloriam quantum thesauri largitus est ecclesiæ quantum spiritalis alimoniæ posteris impartitus est in ope illo admirãdo nuper a nobis emisso quod conscripsit auduersus mathematicos tollens de medio diuinatricem Astrologiam semper a doctis & bonis impetitam nunq̃ profligatam Donec ingenii illius super humana uires omnesqꝫ neruos in eam disperdẽdam Picus intendit: Quem utiqꝫ triumphum non adeo cumulate fuisset assecutus si (ut mittam summam eloquentiaȝ) sed & omnipphariam philosophiam atqꝫ ipsorum etiam placita quanq̃ uana non percaluisset. Cæteruȝ & bonũ hoc ex humanæ philosophiæ studio mihi uidetur prouenire ut multi q̃ priusq̃ eam nouerint mire extollant & fere adorẽt admissi postea in secretiora ab amore eius nimio temperent: solent.n.cognita de longinquo ĩpendio nimis existimari: Adiuuat quoqꝫ contemplationem directe ut Thomas Aqnas docet cum intellectuȝ illuminet: Indirecte quando errores remouet: quibꝰ pleriqꝫ ob ignorantiã inuoluuntur: Quemadmodum Serrapio ille Abbas qui ob ignorantiam heresim Antropophormitarum offendit. Videtur etiam inflãmare animum & ad æternorũ amorem ex fluxis temporariisqꝫ traducere: uti de se Au

gustinus testat̃ Lecto eo Ciceronis libro qui Hortensius inscribitur quo philosophiæ laudes continebantur. Accedit & illud sicuti ante monuimus ꝙ sacra eloquia cum facilius tum enucleatius apprehenduntur: Quapropter ipse Augustinus in libris de doctrina christiana diffuse docet & philosophoꝝ dogmata quæ uera sunt & eloquentiam ab ipsoruȝ libris quasi ab iniustis possessoribus in usum nostrum uendicanda. At p̃te alia ire nemo potest inficias non modica lr̃arum sæcularium occasione incõmoda ecclesiæ obuenisse dum turgidi quidaȝ inani uento superbiæ sola scientiæ possessione suffulti praua dogmata sparserunt uel ob populi fauorem emerendum sectatorũq; ambitum uel ob pecuniæ quæstum: Hinc hereses uanæ h nc impietates plurimæ: Quare præcipiebat Corinthiis Apostolus ut cauerent ne per inanem philosophiam seducerentur secũdum traditionem hominum non secundum Christum. Illud quoq; non mediocriter ob fuit ꝙ multi præcẽdentes amorem eorum quorum opera initiati fuerant doctrinis iurarunt in uerba magistri cæteros paruipendentes: in hos uehementer Hieronymus in uehitur scribens diaboli instinctu studia in ecclesia facta: & hinc dictum: Ego Apollinis. Ego Pauli Ego uero Cæphæ. Nec minus detrimẽtũ est imo q̃to Cõmunius uniuersaliusq; tanto detestabilius qđ ab his affert̃ Qui eo in negocio occupati sacras lr̃as aut negligunt: aut ut decet non æstimat aut tarde capessunt: Quos die & noctu queritur idem Hieronymus in dialectica arte torqueri ph̃ica perscrutantes: oculosq; trans cælum leuare & ultra profundũ terrarum & abyssi in quoddam ĩ mane baratrum demergi: eo uitii genere nostra tempestate non parum multi irretiũtur curiosius quid Aristoteles q̃ quid præcepit Christus uestigantes semper adiscentes ut inquit Apostolus nunquam ad ueritatis scientiam peruenientes: hinc etiam nũ minime mediocr̃ malum pullulat quod postea se diffundit in plurima: quando eius animus qui quotidie in disputationibꝰ uersatur plurimuȝ a recto in Deum affectu impeditur multasq; in partes trahit̃ & quasi lacer in frusta discerpitur: partem scientia sibi uendi-

eat:partem eloquentia:hæc opinio talibus fulcita rationibus
in ditionem suam flectit animum:Illa aliis argumentationibꝰ
roborata contra nititur ut ab ea deficiens ad se declinet ma-
nusqꝫ det flexi animo quopiam syl'lo deuinciens: Ita sæpe fit
ut cum Deum uelit meditari succurrat quid parmenides Me
lissusqꝫ de entium pluralitate senserint:Credendum ne ma-
gis Simplicio in hoc an Alexandro aphrodisiensi:Itē an uni
uersalia a singularibus cogitatione aut re rei ue natura diffe-
rant:An quantitas sit diuersa res a subā:& cætera id genus in
ter litteraria prelia uersari solita. Virum quendam doctum &
sacerdotem mecum olim conquestū memini:Dolebat.n. se
feruore charitatis destitui cum altaris sacramentum attrectarē
uellet ob studia ea in quibus erat asciduus & tū in primam phi
losohiam quæstiones cudebat:Diuiditur itaqꝫ animus rōne
affectuum dum sciri multa præoptantur atqꝫ cum in Deum
iactare eos uolumus huc & illuc ubi .s.probuere quærēdi sūt.
ut collecti in unum deo offerantur. Postremo nec parua mo-
rum populatio contingit a superbia uanaqꝫ gloria studiorum
eorum occasione:Quod quisqꝫ puto litteris deditus expitē:ni
si se falli cupit:Quandoquidē bellare cum eis oportet & con-
ferire pedem: fiunt præterea contentiōes discordiæ odia sca
turiunt:& hoc unum quod Christiani munus præcipuū ma
gnopere labefactatē ea.s.uirtus:quæ iā recepto uocabulo hu-
militas appellatur:Eius enim conditio alienis placitis atqꝫ sen
tentiis magis q̄ propriis acquiescere:quæ infringitur coruitqꝫ
cum nescire ingenio cedere a corrupto sæculo quod corrup-
ta existimatione se in illis studiis mersauit uirtus existimetur:
& qui in patientes alieni iudicii cuilibet etiam ignoto insultāt
sæpe laudantur quasi uideantur quibuscunqꝫ litteratis idixis-
se bellum:alienāqꝫ in studiis lrarū gloriā sibi dedecus & infa-
miam parituram putent: Quare satagunt Calumniis aut
coram aut post terga iactatis existimationem eam omnino cō
uellere:quæ incōmoda cum enumeratis mox emolumentis
si quis simul in libra Critolai aut Aristophanis appensa diligē

ter examinet ad utrum uergat uix queat inter nosci: Animaduertetq; diuersas quandoq; a sanctis hominibus super saecularium litterarum studio prolatas non fuisse sentētias sine matura consideratione acerrimoq; iudicio.

Humanam philosophiam eatenus aestimandam: Quatenus ad colendum Deum conducere possit etiam philosophorum gentilium testimonio. Cap.iiii.

EX his (ut arbitror) liquet nō adeo extimescēdum ut omnino philosophiam humanā gentiliūq; litteras horreamus: nec adeo fidendum ut animum nostrum penitus remo ipsaruʒueloq; comittamus quando si recta incesserimus semita possint prodesse si de orbitauerimus non possint non obesse: si eis enī usi fuerimus ad religionem deumq; per affectum colendum (qd commode fieri posse in calce operis ostendemus) magnum nobis emolumentum comparabimus: si ad inanem gloriam finemq; aliquem prauum uirtutum earum quae in uolūtate cōsistunt & propriae bonū reddunt habentē iacturaʒ faciemus. Verum ex ipsis ad interioris latriae cultum multa conducentia possumus eruere ut palam monstrabimus quibus purgemus animum terrenis sordibus & sublunarium rerum affectiones exuamus: Atq; alis amoris & fidei deum nostrum sequamur qui uolat super cherubin. Haec forte a philosophastris q̃busdam tanquam fabellae aniles irridebuntur: qui se iactant circunferuntque cum tenuerint tres aut quatuor quaestiones in conspectu uulgi magna etiam uociferatione dissertandas: ī his sapiētiā ꝯsistere male sano iudicio īmo maxīo laborātes morbo iudicantes despiciētes aut saltē posthn̄tes religionem

in qua quærenda cōparanda & retinenda maximi gentilium Philosophi laborarūt: & quanquam ueræ religionis expartes Fuerunt nomen tamen religionis amabant & Deuꝫ colebāt: & si alii in societatem alios asciscerent alii eum quem unicum credebant superstitiose honorarēt nihilominus enixe magnaqꝫ animi propensione in ipsum ferebantur omnesqꝫ conatus ī componendis affectibus afferebant ut supernæ mēti pure seruirent: & forte eorum aliquibus qui .s. tali instituto uitā degebant lux uera quæ illuminat omnem hominem uenienteꝫ in hunc mundum innotuit: Qua recepta & custodita beatitate donati sunt: Nostroruꝫ.n.theologoruꝫ qui celebriores habentur firmus consensus est eis omnibus qui ante Christi aduentum uixere secūdum insculptum quorūlibet mētibus naturæ legem ueritatē illuxisse: Quā agnitā secuti saluati sunt: Pari pacto si q post Christi aduentum aliquibus in locis nati: ad quos Christianæ legis fama non perueniat: an uero tales aliqui extiterint qui naturæ dona illibata custodierint nō nulli credidere: Eos tamen de qbus bñ ipsi opinanť uidelicet Socrates Plato & Alii Diis sacrificasse memoriæ proditum ē. Quod nullo pacto unq̄ fieri absqꝫ magna dei offensa oēs theologi consentiunt: Sed ne a proposito nimis diuertamus hoc saltem liquet naturale lumen cuilibet homini cōsertū cōgenitūqꝫ a Deo eis illuxisse ut mores cōponēdos cēserent deūque colēdū: Sic Socrates phiā (ut ille iqt) euocauit e cælo: & in urbibus collocauit: Sic Stoicoꝝ studiū eo tēdebat ut affectus aī exuberātes sedarēť pieqꝫ uiuereť: Brachmanes idoꝝ Persarūqꝫ magos nihil exorsos unq̄ memoria ꝑdidit: nisi prius orōnē emisissent: Platonicæ Pythagoricæqꝫ disputationes a sacris ꝑcibus semp cæptæ finiebāt ī easdē: Quibꝰ & Porphyrius & Theodorus & oēs academici nihil utile magis imo necessariū uno ore cōfirmāt: hoc Proclus apte determinat censens eis q ad sūmum bonū ꝑuenire cupiūt nō sciētia & ingenii exercitatione opus esse: Sed firmitate stabilitate tranquillitateque uitæ: Et idem rursus apertius inquit: Nos per sciētiā aut opatōnē ullā ingenii exquirere summū bonū aut ad ipsum aspira-

q philosophi natura legis [illegible] saluati sunt

re non debere sed offerre commendareq̧ nos diuinæ luci & p̄clusis sensibus in illa incognita & occulta entium unitate quiescere Astruens hoc fidei genus omni doctrina antiquius esse.

Non expedire omnes Christianos litteris Gentilium incumbere. Cap. v.

VErum scire illud oportet ꝙ sicuti nullus Christianorum est iudicii & rationis compos qui non sit aptus ad implenda diuina p̄cepta si uoluerit (Dei.n. gratia se ubiq̧ diffundit) nec ab ipsis etiam exemptus quando fœlicitati consequendæ sunt necessaria: Ita quemlibet non esse gnauum ad humanā philosophiam litterasq̧ gentilium capessendas: temperandum ergo ē a plurimis & sui buccæq̧ suæ noscenda mēsura: Multa quippe hominum genera tractare eas absq̧ incōmodo non possunt: Alii in fide uacillant: Aut eius habitum adeo imbecillum hn̄t & infirmum ut si ea adirent quæ nostræ aduersantur fidei facile decipulam incurrerent: Veluti rōes Aristotelis de motus æternitate: Auerois de unitate Alexandri de corruptibilitate intellectus: quædam plōnicorum placita: quæ quanq̄ a nostris iam pridem explosa sunt: nihilominus supno lumine nō oportune admisso in eorum tenebris facile caligarent: Alii in gubernandis animabus dirrigendisq̧ ad semitā supnæ hierosolymæ adeo p̄munt: ut uix queant nisi cum earum discrimine philosophiæ uacare: Pariter dictum & intellectum hoc uelim ab omnibus: q in administranda populis iustitia ualde occupantur p̄sertim cum idoneis ministris & adiutoribus indigent. Ali multum a uanagloria uexantur impingūturq̧ paulatim in nimium amorem sui: Quos uel temperare ab ardore nimio uel ad tempus dimittere negocium operæpretium est: Aliis obtigit hebes ingenium: Quibus est opus aut philosophiæ studia non aggrediant̄ aut desistant ab incepto ni & ip̄sam & oleum uelint amittere: Non enim singuli homines ad perdiscendas litteras sunt nati nec omniū ē scientia (ut Dio-

nysius ait. Quapropter impedimenta hæc pensare quisque debet priusq̄ in uendicandis scientiis enixe laboret: & ea uel remouere si potest: uel saltem caute & ut decet ĩcedere. Illud quoq; animaduersione dignum triphariam dari oportunum aditum ad philosophiam: Aut medicinæ percallendæ gratia: Aut docendi in scholis ipsam philosophiam: aut theologiæ noscendæ: Hoc ultimuz munus pluribus hominum gradibus cōmune est: priora paucis: Nam ex his qui corporibus mederi nolint paucos inuenies q̄ medicinæ uelint ĩcūbere ut artem noscant: nisi forte principes quosdam uiros & p̄ se lr̄as amantes: Quiq; docere alios instituerint nō multi sunt: Nam ad medendum fere semper properāt: nisi sacerdotes sint aut clerici: quibus prohibitum mederi cautūq; lege ē ne docentes in scholis medicos audiāt sicuti nec leges ciuiles profitētes: His ergo omnibus licere per p̄hiæ campos uagari manifestū est: Medicus enim a p̄ho principia & fundamēta haurit medicinæ multasq; mutuat̄: quibus ad conciliādam ægrotis sanitatem utat̄: Ei uero qui theologiam perdiscere cupit facilius ad id quod quærit accessus patet ope p̄hiæ quādo p̄ res naturales quasi gradu facto ad diuina conscendimus: Eum autem qui docere & enarrare p̄horum libros ĩstituit manifestum est ĩ eis ipsis uersari oportere. Atqui horum generum quibuslibet fines rectos ꝯstituere oportet Quādo & aberrare omnes cōtigat: nisi fini ipsi laudabili ad amussim uolūtatem dixerit: Q̄d facile constabit cum de quattuor discentium finibus disputabimus. Quod autem in primis hæc genera recte philosophātium reperiātur uel hinc cōstat q̄ creatarum rerum naturam uestigare pohsthabita penitus notitia creatoris pestiferum nimis institutum ē teterrimumq; inane & noxium si disputandi id gratia fiat & aucupandæ auræ popularis. Cæterum nec senescendum in philosophoruz commentariis medicis ipsis est Atq; theologis: Theologos omnes recte eos appellauerim: Qui litteris sacris incumbunt: ut Deum cognoscant ueneren tur colant: eiusq; placitis obsequantur aliisq; sint adiumento: Multos tamen non eo inficias dari posse ad pristina studia re-

Triphariaz dari oportu nū aditum ad p̄hiam.

qui sint uer̄ theologi

ditus aut relaxandi animi gratia aut rememorandi quæ obliti sumus: Aut componendi operis alicuius aut alio quopiam genere iuuandi se & alios. Eis porro in primis cauendũ qui enarrare Aristotelem ingrediuntur (nihil enim aliud philosophi officiuꝫ nostra tempestate pleriꝗ autũmant male quideꝫ sano iudicio & plurimum aberrante) cauendum unꝗ cum huiuscemodi negotia periculosissima sint his qui in obeundo eo munere hallucinantur. Cum ob distortos discentiuꝫ affectꝰ: Tum ob contumelias quibus se riuales (quos concurrẽtes uocant) afficiunt: Quo uitii genere satagunt captare fauorem ignari uulgi: cuius adeo corruptum iudicium ut eum qui ad stentoris inuidiam uociferat exquisitioresꝗ calumnias iactat doctiorem credat: quare fit ut multi dum parare sibi aut excogitare argumenta deberent enixe quærant quasdam histrionum gesticulationes nouasꝗ aduersarium uilipendendi formas: ut astantibus imperitis risum excutiãt & ei qui cõtra aut opposuerat aut responderat pudorem si naturæ mitis: si rigidæ & effrenæ furorem & insaniam. Nec oportet ut amplius immorer impudendo hoc errore recẽscendo: qui nostra tempestate undiꝗ scaturit: uix enim possum sine molestia meminisse nedum in narrando diutius uersari.

Nostræ tẽpestatis uitium.

¶ Non omnes gentilium litteras pari ratione ad diuinã philosophiam conducere: Sed alias magis alias minus. Ca. vi.

HOc autem diligenti consideratione pensandum esse quasdam philosophiæ partes quæ sacris litteris aliis conducibiliores sunt & cognatiores: Atꝗ idcirco Christiano homini præcæteris excolendas ei presertim qui se ad diuina eloquia transferre cupit: Alias minus quales uidẽtur Geometrica Aritmethica & poetica: Non enim eam cum diuina scriptura quasi dixeris affinitatem habent: Quam & Phisica habet & Logica & Methaphisica. Adde ꝙ illæ non solum curæ plurimum & diligentiæ exigunt: Sed peritis in eis adeo

sunt delectabiles. Cum ob magnā certitudinem tum ob inue
niendi uoluptatem ut uix eas relinquere possint: Continent
profecto ueritatem: sed earum scientia (ut ait Hierony-
mus) non ē scientia pietatis: Quāq̄ non minimum facere ad
intelligētiā scripturaru3 Augustinus censet. Poetica uero sci
tamenta ab eo cuius palato semel sapuerunt ob carminū pre
sertim harmonia3 ægre deseruntur & incōptiora eloquia uix
degustanť: Experiunť hoc plurimi: Exptus ego: Qui puer in
illis mirum imodum oblectabar & etiam in castris me comita
banť. Sed postq̄ ad phiam & sacras lrās me cōtuli adeo illis re
misi nuncium ut nec pōetarum libros toto quinquēnio ter for
te aperuerim: Quādoqdē ab illis trahi animu3 & emolliri sen
tiebam: Sed quod ē detestabilius pleriq3 poetaꝝ turpitudines
maximas & obscenitates suis uersibus imiscuerunt: Quæ xp̄i
ano homini nō mō attrectanda sed prorsus eliminanda: Nec
temere multos inuenies q pulchra alioquin poemata spurci-
tiis libidinibusq3 nō fœdauerint: Quare scribit Isidorus ideo
Christianis prohiberi legere figmenta poetaru3 qa p oblecta
menta fabularum excitant mentē ad icentiua libidinum: Et
hoc idem fuisse in causa credo cur Plato a sua Re.p. poetas ex
pulerit: ne. s. mentes adolescentiū obscenaꝝ fabulaꝝ nubibꝯ
obcæcarenť: Nō ita tñ rē ad uiuum resecamus: ut in poema-
tis & legendis & cudendis se exercere q aliqua animi propen-
sione ad id negocii feruntur nō posse ēt cu3 laude Credamꝰ:
Sed non oībus oīa pari filio cōueniunt. Da mihi uirum uolū
tate bene instituta: Qui carmina de rebus Christiano uel cre-
dendis uel sperandis uel operandis conficiat tantum abest ut
dānem ut accusem ut etiam magnopere tuter: laudem uene-
rer & amplectar: Quales apud ueteres nostros fuere Prudē-
tius Sedulius Damas: Aliiq3 non nulli: Apud nostros Bapti-
sta Carmelita Mantuæ spes altera: Ludouicus pictorius Fer-
rariensis Vgolinus Verinus Florentinus. A gentilibus aute3
poetis ita accipiendum aliquid Basilius suadet cum excellen
tia uirorum dicta aut facta cōmemorant: sicut ab oratoribus
cum uirtutes extollunt aut in uitia effulminant.

Poete xpiani
Iuuencus Arator
Probo ...
... Sydonius

¶ Plura fuisse in causa Cur prisci temporis sacratissimi uiri & gentilium litteris usi sunt aliquando & alios eis uti posse censuerint: quæ longo tẽporis decursu paulatim cessare cæperunt. Cap. vii.

u Erum enim uero scire non incõuenit cur prisci illi ecclesiæ uiri sanctissimi atq; doctissimi non adeo a gentilium l̃ris abhorruerunt ut eis aliq̃n non uterent̃: & q̃tum spectat ad alios non eo usq; aspnãdas eas censuerunt: ut tractari cõmode non possent si mõ adesset firmitudo fidei & rectum etiam examen accederet: omnes fere priusq̃ aut Christiani essent docti in liberalium artium studiis euaserant: Aut si de Christianis parentibus orti a pueris fuerunt in ph̃iæ Studiis enutriti: ut facile ẽ uidere legenti eorum uitas & acta. Dionysiũ doctissimuȝ fuisse priusq̃ Paulum sectaret̃ nemo ẽ qui nesciat: Origenes puer & l̃ris gentilium ẽt priusq̃ Leonidas pater martyrii palmã asseq̃retur imbutus fuerat. Gregorius & Basilius cõtubernales añ q̃ ad monasterium accederent docti in liberalibus artibus euaserant Ambo nobiles: ut ait Eusebius: ambo Athenis eruditi Ambo collegæ Ambo de auditorio digressi ad profitendam rhetoricam rogabant̃: quod opus magnifice q̃dem implebat Basilius: Gregorius uero magnificentius contẽnebat: Quiq; cum se totum dei seruitio mancipasset tantum de collegæ amore præsumpsit ut sedentem Basilium de doctoris Cathedra deponeret ac secum ad monasterium manu pduceret. Cyprianus ante baptismũ gloriose (ut ait Hieronymus) rhetoricam docuit: Ipse Hieronymus se dicit in ep̃la ad Paulinũ post sæculares l̃ras ad sacras deuenisse: & alibi romæ ipsuȝ habuisse liberalium artiuȝ mag̃rm dũ ãnum ageret undeuigesimũ: Augustinus dum etiam Manicheorum erroribus detineret̃ rhetoricam docebat. Pluresq; alii reperirentur quos requirere nedum recensere fastidium afferret: Quare non mirum si ex eorum operibus doctrina ampla ex gentibus ẽt petita undiq; scacturiat: Hæc dixerim non q̃ perperam factum sit Christia

nĩs etiam adoleſcentibus tradi liberales artes legẽdas Imo re
Nota ↦ cte:ut ex decreto Eugenii etiam ꝯfirmatur: Sed ne nimis ma
gnifiant ab his q̃ ſcõs uiros ſequi in hoc uolunt ut gentiliũ do
ctrinam capeſſant in hoc non ſequi ut ſacras lr̃as colant & re-
cte uiuant: oſtendere.n.operæpretium ẽ (non eos) poſtq̃ the
ſaurum ſacri eloquii reperere ad uiliores ſuppellectiles náci-
ſcendas nauigaſſe: ſed eis prius partis ꝓtioſiores & conſecta-
tos & adeptos. Cæteꝝ ut ab aliis ipſaꝫ humanã ph̃iam tracta
ri poſſe concederent multæ ſe eis rõnes obtulerunt Cum re-
fellendi praua aut ph̃iorum aut hereticorum dogmata tuꝫ ex
colendorum ingenioꝝ quo aptiora eſſent ad imbuendum ſe
diuinis eloquiis tum etiam eloquentiæ perdiſcendæ. At cum
ipſi in præſentia apud noſtros nãciſci hæc cõmoda poſſimus
quod cauſæ eſt ut in externis merſare ingenium pulchruꝫ du
camus totãq; uitam mancipare? quod autem poſſimus nõ dif
ficile puto poſſe cõprobare: Atq; ut ab hereticorum expugna
tione exordiar Quot ab initio naſcentiſ eccleſiæ aduerſus he
reticos ſcripſerunt? Quiſq; enim eos: q̃ ſua tempeſtate ab in-
fernis latebris ſcaturibant pro uirili confutabat eo modo quo
ſupra diximus poſſe hoc negocium obiri: Sꝫ nũc ꝑcipuum cõ
Ignis præcipuum in hereticoſ argumẽtum. ↦ tra obſtinatos argumentum reptũ ẽ: cui reſpondere nequeũt
hoc ẽ ignis: Qui aut eos exuſtos in cineremq; redactos uento
cõmittit aut falſum dogma abiurare conſtringit: Quæ pœna
ſi priſcis illis heres iarchis decreta fuiſſet non tot opinor here
ſes pullulaſſent: Indictum tãtũ modo exilium fuit Arrio Ma
gni Conſtantini iuſſu cũ inuenerãdo illo ꝯcilio Niceæ peſtife
ra illius dogmata cõdẽnata ſunt. Quãtũ uero ꝑtinet ad cõfu
tanda falſa dogmata ad eloquentiã diſcendã ad ſacra eloquia
facile intelligenda q̃bus muneribꝫ obeundis gentiliũ lr̃as uti
les diximus & ſic ab antiquis opinatum putari plus utilitatis a
pud nos q̃ apud cæteros uidentur afferre: ſuis.n.ſcriptis no-
bis has fruges pepererunt: Nãq; eloquentiam cum ſapientia
miſcuerunt: humanam philoſophiam diuinæ q̃tum licuit ag
glutinarunt: Alii poſtea ſurrexerunt & uetera excoluerunt:
& inuenerũt noua adeo ut facile quiſ mediocriter eruditus di

gnoſcere queat plus & ſcientiæ & eloquentiæ in Chriſtianorꝝ q̄ gentilium cōmentariis ineſſe: plures certe ueritates reperiū tur (ut etiam mittā quæ deitus reuelatæ ſunt) in noſtris q̄ in ethnicorum lucubrationibus: Etiā ſi platonem & Ariſtotelē noīauerim quos cū cito phos oēs paganos mihi recenſuiſſe ui deor: qs uerebitur Auguſtinum & etiam aliquos priſcorꝝ op‑ ponere Platoni? Thomam Albertum Scotuꝫ Ariſtoteli? At qꝫ ut inter hos aliquid dicamus facilior.n.& promptior cōpa‑ ratio q̄ imprimis paribus: quot quæſtiones ab eis diſputatas euentilatasqꝫ inuenies quas ille non tetigit: Præterea uerita‑ tes utriuſqꝫ teſtamenti per caluerunt quarum ille ignorātia la borauit. At forte inquies monſtraſſe eis iter quo philoſophan do progredi poſſent: quod inficias non eo: Sed hac ratiōe qd colligis? Sic Ariſtoteles minor hoc ē indoctior plone: qd cer te meri peripatetici inficiabunt: Maior platōe Socrates & ſic deinceps uſqꝫ ad Thaletem & ultra: quod eſt abſurdum: Nec ex hoc ſequitur quoſcūqꝫ qui phophati ſunt prioribꝰ ipſis po ſterioribus doctiores fuiſſe: Non enim hoc tantum in cauſa: ſed p̄ter ætatis poſteræ beneficium quo priſcorum cōmenta tiones examinari poſſint oportet adeſſe & ingenii acumen & aſſiduum ſtudium & multa alia quæ accedere conuenit ad ꝓ uehēdum aliquē ad doctrinæ faſtigium: Hi ergo quos nomi nauimus quicquid operum Ariſtotelis ad eoruꝫ peruenit ma nus didicere: & plura alia inuenere ipſi: cum nec illis tempori‑ bus ſicuti nec poſtea in producendis hominibus fuit effæta natura: Defuit illis tantum eloquentia: Quæ non defuit Ari ſtoteli: Sed apud alios eam quærere datum: Neque enim illis etiam eloquentia cedimus: Si enim (ut inquit Fabius) Cicero expreſſit uim demoſthenis copiam Platonis iocundi tatem Iſocratis & plures etiam a ſe ipſo uirtutes extulit elo‑ quentiæ: Quis apud nos non uideat eſſe Ciceronem ſed Chriſtianum hoc eſt aliquem qui eum ad lineam un‑ guemque expreſſerit? Quis enim non aduertit Lactan‑ tium Firmianum æquaſſe ipſum & forte præcelluiſſe.

Chriſtiāos hoīes fuiſſe doctiſſimoſ

in eloquendo? In ipso uero Hieronymo quantum facundiae fuerit q eius lucubrationes non legit minime sciet: Taceo Cyprianum Rufinum Ambrosium Paulinũ Augustinum Seuerum Hilarium leonem cõpluresq; alios priscis oratoribus aequandos: & si eam speciatim spectemus ptẽ phiae quae practicen paraeneticenq; cõplectit ea lõge supatos Gẽtiles pspiciemus a nostris: qui theologicas scripsere sũmas Alexãdruz Thomam Henricum Albertum: pticulariter a Gregorio i libro illo excellentissimo cõmẽtariorum in Iob. Verũ ne simus ingrati nostri saeculi hominibꝰ paꝶ ne emolumenti ab eis rei lrariae collatũ existimabimus? ut uereamur ꝓfiteri nos ab eis magnopere & ornatos eloquẽtia & illustratos doctrina. Possem equidem multos quos antiquitati opponerez numerare: & afferre ẽt rõnes efficacissimas: sed non nullorum faciemus mentionem: Quoꝶ pstantiae qlibet nisi inuidus fauebit: & q̃tũ ad eloquendi facultatẽ ptinet ꝓxime accessisse ueteribꝰ mihi uidet Ioannes Põtanus si tamen Ciceronis mensura metiri uelimus eloquẽtiã: Adeo.n. eius Caracterem emulatus ut fere in nullo dissimilis appareat. Sunt tñ q pliniano elocutionis genere magis delectent: sunt qui mixta dicendi genera & uariis exqsitisq; uocabulis pscatentia Qualia apud Gelliũ & Apuleiũq; desiderẽt: Et haec certe munera a Politiano & Hermolao Barbaro impleta cõmode uel mediocriter eruditus agnoscet Quorum alter probatissimum i scribẽdis historiis stilum reliquit Si uero poematũ faciemus piculum nullo pacto ueteribus inuidebimus: quãdoqdẽ & qd ad elocutionẽ ptinet impletũ aĩaduertimus a nostris & explosis erroribus Christianam ueritatẽ celebratã: Asciscamus & afferramus in mediuz cum multis antiquorũ conferẽtes Baptistae Carmelitae Carmina illa in quã dubiaz facientia carmina palmam: Nemo nisi indoctus non admirabit: Nemo ipsam uersuum decoram maiestatem non extollet: At certe nisi stultus inficiabit supasse eum gentiles oẽs materia ea circa quam uersatus ẽ: Cuz sancta Christianaq; opa cuderit: illi uana penitus & inania ipsi tñ

linguas instituerunt: hic præter id & intellectum & mentem i stituit: Ipsi inter dulcia pocula sæpius uenena propinarũt: hic in ora multorum cum ipsa dulcedine archana ẽt religionis in fudit. Apud ipsos phorum placita reperies Epicuri multa nõ nulla Platonis: In eius uero libris non tam Platonis & Aristo telis q̃ subtilitates etiam Parisiensium theologorꝫ. In Hercu lis uero Stroze poematis multum delitiaruꝫ apparet: Magna uis carminis tantaq̃ dulcedo & resonantia ut Picum etiam ip sum lratum principem non semel ab ore ipsius rogatu nostro sua carmina recitantis pendentem & obstupentem uiderim. De Pictorio nostro nihil ẽ quod dicam Ne dicato mihi Chri stianorum opusculorꝫ libro gr̃as referre uidear. Vgolini opus sacrum merito celebrandum est: Quo eleganter Christianæ ueritatis mysteria recensuit Alios prætereo uiros celebres: cũ de his p̃sertiꝫ & qui sacra uerlibus scripsere & qui mihi familia res Admodum sunt mentionem facere satis ducã. Neq̃ ego is sum q priscam illam antiquitatis speciem adeo uenerabun= dus suspiciam ut quoscunq̃ posteriores inferiores prioribꝫ iu dicem tantum propter mille annos: Expendenda quippe sũt auctorum merita: Non quo quisq̃ uixit tempore metiendũ: Alioquin Neuius uirgilio præstaret Thales Aristoteli. Præ terire nolo Ioannem Picum patruum Qui simul omniuꝫ pri scorum uirtutes cum omnipħariæ doctrinæ tum eloquentiæ complexus famelicos ueritatis animos affluentissime pauit: In huius ego laudes quotiens incido uix auelli ab eis possum. Culpor fortasse a quibusdam cum uidear nimis amori nimis consanguinitati nimis beneficiis ab eo susceptis indulgere: sꝫ culpari oportet tot præclara iudicia quæ in eius me laudibus fere uicerunt: Quot præconia de heptaplo sua inuulgata fue runt qua septẽnaria enarratione mundi exordium a Mose de scriptum interpretatur: Ea prophetæ uerba pleraq̃ ingenia contemplantium torserunt: & in ipsis enodandis qui celebrio res sunt habiti laborarunt: scribit tamen Hermolaus patriar= cha aquileiensis uir sæculorum memoria dignus alios omnes cum præterierint quæ Picus dixit nihil sibi dixisse uisos: Sed

Expenden da auctorũ merita non metienda eorum tp̃a.

De Ioãnis Pici opibus

rogo ut appareat cum laudamus legitimam subesse causam laudandi: Quis unquam ueterum totam diuinatricem intere mit Astrologiam? Semp ea bestia uelut hidra quotiēs uno uł altero capite truncabať alia quasi ceruina cornua suggerebat uel etiam amplo fœnore multiplicata reddebat: Donec illam Picus doctrinæ lignis atq; igne diuini amoris uti uerus non fi ctus Hercules exessit. Mitto ipsius cum in his libris tū in aliis incōparabilem eloquentiā: Mentior nisi quæcunq; diuersoꝶ uirtutes in eloquendo quas Fabius enumerat in eo uno emi nentissime sunt collectæ: Ex qbus certum quiddam magnuʒ & sublime Pici. s. peculiare dissultat: Quod non sit ei cōmune cum cæteris: Tantum uero abest ut non seruatus ab eo in elo quendo decor sit ut a nullo magis: Accōmodatusq; semp ma teriæ de qua agebatur sermo. In tractatu de ente & uno qetū disputandi genus cernes dulce pressum & explicatuʒ ut nihil iure aut detrahi possit aut adiici: In heptaplo cum omnes rhe torices uirtutes insit hoc uno pcipue laudatissimus q nulla expositio apparet quæ tam sublimi & florido dicendi genere sit ptractata libri disputationum aduersus Astrologiam om nem laudem superant siue doctrinam spectes nouasq; philo sophiæ quæstiones ab eo enucleatas siue eloquentiam: Q dꝫ opus quanti faciendum sit quantūq; ex eo Picus celebranduſ facile apparet ex epithomate: Quod Hieronymus Sauona rola uir celeberrimus cōscripsit & uernacula lingua ut ineru ditis opem ferret: Sʒ nos quoq; non nihil dicere non inconue nit: Nam ut de doctrina dixerim primo ut orator Dein ut na turalis phus: Demum ut Astrologus Picus ipse in eo uolumi ne præliatur: Nam post priores uictorias demum inimici ar mis quasi Dauid Goliam Gigātē sæuissimum illud monstrū detruncauit: Primus liber quāq̄ auctoritatibus tum phoꝶ gē tilium tū diuinæ scripturæ tū ciuilis & pontificiæ legis deiicit Astrologiam: Tñ si flectes oculos ad stilū nullā unq̄ siue uitu peratōem i demōstratiuo genere uehementiorē siue accusati

Epithoma Hierōymi Sauoñ. Ad uersus Astrologos.

onē in iudiciali formidabiliorē deprehēdes: Nec tā loq uidet̄ q̄ ut de Pericle dicit̄ tonare & fulminare: Si uero cōtēplaberis physicas rōnes proprio ex ingenio depromptas nihil unquaꝫ uidisti admirabilius: his tertium & quartum libruꝫ abunde re fersit: Quæ puto a posterioribus qui aut in libros Aristotelis de generatione aut de cœlo aut meteororum q̄stiones cudēt: certatim expectent̄: Quamq̄ ubiq; & ꝯmode locari possunt: De Astrologia nihil ē quod desyderes cum particulare quod q; dogma adeo curiose destruat ut nihil aliud q̄ Astrologicos libros legisse eum appareat: in hoc omnibus extra controuersiam superior ꝙ nemo eloquentissimo stilo q̄stiōes explicatu taꝫ difficillimas enodauit: Arte uero tanta libri illi sunt cathenati uniuersæq; ratōnes sic connexæ & dependentes ut si eis responderi posset (ꝙ certe non poterit & si blacterare quisque poterit) nec una solui posset nisi omnes soluerentur: Sed puto nec doctus nec bonus Christianus id unquam a ttentabit. Verum cū multi sint: qui nimio Astrologicæ huiusce superstitiōis amore hallucinantur: Multi quoque qui principibus quibusdam uiris hoc errore circunactis placere student lucri cupiditate: Coniector facile futurum ut ueri deiectam hanc uanitatem non nihil erigere falso conentur. in hos singulatim scribere non est consilium Donec in publicum caternatim exierint quod ubi effectum fuerit: ipsorum tum errorum fasces ueritatis falce demetentur: Interim quod Ioannes Picus pro doctis & Latina lingua pollentibus: quod Hieronymus Sauonarola pro rudibus latini sermonis effecerunt nos pro doctis Sed ignaris romani idiomatis fortasse efficiemus Astrologiam iterum sꝫ parisiensi stilo qui crebras argumentationes expossit & ornatum posthabet destruentes: quandoquidem non deesse multos scimus: qui ut negocium hoc suscipiamus desiderant: cum ob Pici eloquentiam A fructu quē ex libris disputationū eius eruerent p̄pediantur de missiorē scribēdi modū p̄optātes & illi eis familiaris ē p similem

s.Tilus parisien[illegible] In eloq[illegible]

omnia alia Pici opera ſuo quæq̧ ĩ genere admirãda ſunt Apo
logia quæſtionum primum ab eo cõfectum opus dum quar-
tum & uigeſimum ageret ætatis annum: Oratio illa mirabi-
lis: Epl'æ partim familiares partim exhortatoriæ diuinoque
amore flãmatæ quas ad me ſcripſit: regulæ beneuiuendi ar-
ma ſpiritalia & cætera id genus celebratiſſima: Sed quid egiſ
ſet? Si concordiam Platonis & Ariſtotelis incohataʒ abſoluiſ
ſet: Si in hoſtes eccleſiæ uniuerſos perſcripſiſſet: Si uniuerſa e
loquia ſacra quorum pars cõfecta erat interpretatus fuiſſet:
Hoc certe feciſſet ꝙ ſolus futuris ſæculis ſatis fuiſſet: Hæc ta
men quæ mors ĩmatura abrupit diſcuſſis ſcedis eius & phily
ris in unum magna ex pte collegimus Ramẽta quæq̧ luſtrã
tes quæ præclariſſima illa opera paritura erant ſi non taʒ cito
hoc ẽ tertio & trigeſimo ætatis anno nobis ſui deſiderium nõ
reliquiſſet: Et quia incertis caracteribus & compẽdiariis ſentẽ
tiis annotata erant ea ipſa digerẽda & explicanda deſumpſi-
mus: Spamuſq̧ futurum ut noſtra opa abſoluant̃ & in lucem
prodeant: Verum pter formam hoc ẽ ſcribẽdi figuram quam
noſtram eẽ oportebit multuʒ ẽt materiæ eis addamus erit ne
ceſſe paraphraſi quadam quicqd ſcripſit cõplectẽtes: Librum
quoq̧ ſtromatũ earum uidʒ rerum quæ nõ pẽdebunt ex aliis
conficiemus: Gelliuʒ clemẽtẽ alioſq̧ imitati Differemus hoc
ab illis ꝙ ſicut materia ſupabuntur a nobis ita nos uerbis ipſi
præcellẽt: Non enim quæſtiones hic habebuntur An patro
clus antiqor Achille: An Xenophon Platonis æmulus, quo
corporis habitu Anacharſis Scytha dormiret: Sʒ de Deo: de
Angelis de natura corporea de gradu hominum de oratione
multa conſpiciẽtur: Sʒ nos a pleriſq̧ & ſcribẽdi filo & exquiſi
tis uerbis poſthabebimur: Nec mirum cum hoc noſtrum fu-
turum ſit illud Pici patrui. Diſtabimus & illud ab eis ꝙ ſua ipſi
confecerunt opera ex propoſito cæſim truncatimq̧ pſcriben
tes: ut nunq̃ ſibi par liber eſſet uarietateq̧ ipſa expultrice faſti
dii excoleret̃: Nobis autẽ quod illis arbitrium neceſſitas exe-
git: ne tot. ſ. tantiq̧ labores in tam præclaro negocio deſuda-
ti deperirent: Et hoc certe nos coegit per illius doctrinæ cam

poſ ab ĩmatura morte demeſſos peruagari racematium ſpici
legiumq̧ facientes. Sed iam nimis forte multa de Pico: quam
q̃ mihi nimis non uideat̃: & ſi cum in eius uita tum in aliis no-
ſtris lucubrationibus ſemp̱ eius meminerim tanta. ſ. dulcedo
& quaſi titillatio recolendæ ſemp̱ eius memoriæ animum oc
cupat. Sunt & alii docti homines & magni exiſtimandi: Inter
quos Hieronymus Sauonarola noſter: ut mittam uitæ & mo
rum integritatem ſanctimoniamq̧ ẽt ab inimicis ſæpe confeſ
ſam ingenio & doctrina plurimum ualet: Cuius op̱a locuple-
tiſſimum reddunt teſtimonium: Nam theoremata illa quæ ĩ
Ariſtotelis philoſophiã conſcripſit priuſq̃ ſe totũ orationi cõ
tẽplationiq̧ diuinæ mancipaſſet magnopere laudanda ſunt:
Ea item quæ lingua materna compoſuit: ut iuuaret etiam in
doctos de oratione de amore Chriſti de uita uiduarum de di-
uinis præceptis aliaq̧ cõplura nõ modo ſolida ſunt & uerita-
tis baſi nitunt̃: ſed illius maternæ eloquentiæ plena: Præcel-
lunt uero quæ in diuina eloquia interprætamenta cõſcripſit:
Atq̧ opus illud omni laude digniſſimum ẽ quod de ueritate
chriſtianæ fidei compoſuit. Illud item quod d' ſimplicitate ui
tæ Chriſtianæ p̃titulauit quinq̧ in libros digeſtuꝫ: quorũ pri
mo Chriſtianã uitam a Deo oĩo eẽ probauit: & ꝙ ẽ ſequẽs fi-
dem: Ex cuius opere reſponſiones illæ quæ ab his qui aduer-
ſus Chriſtianã fidẽ oblatrãt dari poſſent rõnibꝰ eis quæ a the
ologis pro roboranda aduerſus inimicos fide noſtra afferunt̃
præſertim a Ioanne Scoto in primo cõmẽtariorũ ĩ ſententias
acerrime cõfutari poſſent: Naꝫ quod de rectitudine Chriſtia
næ uitæ affertur imaginationi forte tribueretur a multis Aui
cẽnam ſequutis ſcripturarum concordiam martyrum multi-
tudinem aut creaturæ alicui intelligibili: Aut configurationi
orbium ſyderaliq̧ influxu aſcribi (quamq̃ falſo) poſſe certiſſi
mum eſt: quæ oĩa explodit Hieronimus cum nec ab imagina
tione procedere nec a creatura ſpiritali nec a Cælo prouenire
cõmoſtrat. Alios eminentes uiros relinquo in quorum uirtu-
tibus recenſendis longior eſſem q̃ propoſui: Hos qui ſe obtu
lerũt tã ex antiqs q̃ nouis attuliſſe ſat ſit: Quibus facile corro

gari poterit nec scientiam rerum nec eloquentiam necessario nos a gentibꝰ mutuari: Quæ una fuit causa quæ ab initio nascentis ecclesiæ impellebat ad doctrinas Gentiliuȝ capescendas eam autem cessare sicut & alias priores ostendimus.

Christianum hominem circunspecte cauteq̧ libros gentilium legere debere: eisq̧ præponere eorum opera qui sacris eloquiis interpretandis philosophoꝝ sententias miscuere: Deq̧ scriptorum generibus. Cap. viii.

Quod sane emolumentum cuȝ scientiæ tū eloquētiæ cū nobis a Christianis Fratribus (oēs .n. Deū patreȝ uocamus) collatū sit hebetes nimis sumus & male grati si respuamus Ac inimicoruȝ nostrorum placitis non præponamus: Accedit q̄ securius animi suppellectile ditamur quando auro & argēto quæ illi nobis ex ægypto magno sui labore apportarunt tute trāquilleq̧ uti possumus: Nam si p ægypti auia uagaremur a uenenosis animalibus magnopere cauere oporteret: Ne externa quærentes bona interna perderemus: Hoc ē (ut sine ænigmate loquamur) in legēdis libris gentilium offendere multa possemus quæ uel ad malam religionem nos inuitarēt uel obscena opera suaderent uel ad supbiam stimularent: Quapropter piculum esset ne dum cultū animi quærimus illecti psuasionibus prauis tam intellectus q̄ uoluntatis recta instituta desereremus: Multi enim uirtutum quas adepti assiduis sudoribus fuerant eorum studiorum abusu puo temporis spacio fecere iacturam. Nec quemq̄ ueterū opinor reperies fauentiuȝ eis qui gentilium doctrinas sectant̄ quin in eodem contextu: quo illud asserunt etiam non cōmoneāt obeundum id officiū pauide & circūspecte: Quare Augustinus in libris de doctrina Christiana cum dixisset ad intellig[illegible] scripturarum sacrarum conducere liberales artes omnēq̧ philosophiam sub

Nota

Iunxit ut is qui sic instructus aduersanda sacra eloquia uellet accedere illud apostolicum cogitare non cessaret scientia inflat: Charitas ædificat: unde caute p eorum lras procedendũ ne superbia uitiorum Regina menti obrepat bonaq; cuncta opera inanis gloriæ cõmaculet: Appetitusq; excellẽtiæ: Q đ familiare homini malũ in dotibus prærogatiuisq; intellectus magnopere consistit. Quia homo rõnale animal: Idcirco difficile fiet ut qui se alios aut æquasse aut superasse nouerit animũ obnoxia elatione contineat: Tutius Christianorum cõmentaria uersare possumus: Naʒ si quid quo forte turgeam9 hauserimus statim propinatᵲ medela: Monemurq; sæpe ne circunferamur omni uento doctrinæ: & q Christiani uita nõ in disputando & ostentãdo disciplinam: Sed in humilitate charitateq; pficiᵲ: nocereq; maximopere & scientiã & eloquentiaʒ nisi earum uirtutum sale condianᵲ: Phorum uero dogmata ĩ eis quoq; comperies sed abdicatis superstitionibus & falsis amoribus repudiatis iuxta illud deuteronomii Quo præcipiebatur mulieri captiuæ radendum caput supercilia omnes pilos & ungues corporis amputandas & sic eam habendam con iugio: Cæterum & hunc fructum ex nostris potissimuʒ decerpere possumus: Quem in gentiliuʒ libris non inueniemus: q scilicet ad Dei contemplationeʒ manuducimur: & ĩ his quæ ad agendum ambigua uidenᵲ nobis saluberrime cõsuliᵲ hæc enim in intẽptum sacrorum eloquiorum libris abunde tractanᵲ: Illos omnes qui Christiane scripsere eo nomine nuncupaueriʒ: Nam a fine denominãtur recte: Atq; eis semp erat ĩ uotis ut ad ĩtelligentiam sacrarũ litterarum sua cõmentaria conducerent & mores p̃sertim instituerent & remouerent errores: Hos quadrifariam mea sententia ptiri possumus: I Antiquos qui nõ tantum docti sed eloquentes fuere: In eos q theologiam uniuersam parisiensi stilo scriptitauere: Atq; in illos q scrupulos conscientiæ prouirili extrudunt: Qui omnes simul complexi quartum in ordine dignitate tamen plurima sibi locum uendicant: Primi tripharium sectionem patiuntur: Aut enim docent contemplationes aut sacri textus sensum

Appetitus excellentiæ

Christiani uita

Sacrorũ eloquiorũ ĩteptũ cõmoda ptitio.

doctores Antiqui Scolastici Porphyrii[?] ... Scriptissimi[?]

eliciunt aut opera pticularia pro arbitrio cudunt: Attamẽ in horum numero non modo collocauerĩ q ab initio nascentis ecclesiæ usq; ad parisienses fuere: sed etiã qui eos imitati sũt: sicq; instituti fuere ut sapientiã cũ eloquentia coniunxerit: Primi ordinis doctores hoc est antiqui & qui eos secuti cũctas ingenii opes conuertere ad intellectum scripturarum magis rhetoricæ q̃ minutis phiæ subtilitatibus insistentes: Parisienses uero posthabita eloquentia se totos ad inquirendam ueritatẽ contulerunt philosophiæ quæstiunculas sacris eloquiis adnectentes siue in quatuor theologicarum sententiarũ libros scribẽtes siue totius theologiæ sũmam complectentes. Tertii exutroq; iunctis legibus ciuilibus & pontificiis farraginem decerpserunt & ad componendos mores comportarũt: Eorum quos quarto loco posuimus officiũ ẽ hæc omnia herculea (ut sic dixerim) audacia aggredi nihilq; relinquere intactum curareq; quicquid litterarium inueniri põt numeris omnibus consumatum posteris relinquere: An uero aliquis adhuc id operis perfecerit an non sitq; eius cõditio ut oratoris p fecti quem credũt nõ inueniri nũc sub dubio reliquerĩ: Illud affirmauerim Ioãnem Picum si uixisset hæc oĩa adimpleturũ fuisse: & magna iam ex parte absoluisse: & cũ eius scripta (ut decreuimus) pro uirili collegerimus disposuerimusq; ut proposuimus Doctis hominibus credo liquidũ fiet multo plura exequutum eum q̃ nos promisimus. Quis uero in suo quisq; genere aliis præstet nunc nõ tractabimus: Ad alia.n.trãsmeãdum: Nam postq̃ ostẽdimus philosophiam humanam posse ad sacrarum litterarum notitiam capescendam cõducere nec tantum extimandam q̃ntum multi autumãt: Nunc de diuinis eloquiis ptractandum: quæ omnino Christiano excolenda sunt: Postea de uariis discentium finibus disputandũ: q̃q; misere fallanť q aut lucri cupidinẽ aut gloriã finẽ studiorũ posuerunt: Demũ quomõ & humana phia & diuina ad Dei contẽplatõem utẽdũ ostẽdemus: Quæ omnia sequẽs liber Deo iuuãte absoluet.

de Io. Pico

LIBER SECVNDVS DE STVDIO HVMANAE ET DIVINAE PHILOSOPHIAE.

Sacras lr̃as quæ uera & diuina p̃hia ẽ omni studio Christiano excolendas. Caput Primum.

SVPERIORE Libro ostẽdimus licere homini Christiano humanã p̃hiã excolere diuinæ facilius pdiscẽdæ gratia: & si ob alias ẽt cãs cõcedi ꝓbauerimus: In has igit̃ conuertẽdũ ẽ omne studiũ: Dirigendaq; mẽtis acies: In q̃bus euoluẽdis etiã si ab ĩcunabulis desudaremus usq; ad decrepitã senectutẽ semp ut asserit Augustinus quo ꝓficere possemus inueniremus: nec se excusare q̃sq̃ quãq̃ in p̃hia humana nõ eruditus ab huiscemodi studio põt q̃ñ ad quorũlibet ẽt ẽ medio ĩtelligentiã se domitat. Illa enim sic loquitur (ut ille ait) ut altitudine supbos irrideat: ueritate magnos pascat profunditate attẽtos terreat affabilitate paruos nutriat: Illinc quoq; oĩa nõ solũ ĩ agendo negocia: sed & in discẽdo studia sunt petẽda: hoc est ut nõ solũ boni efficiamur uolũtatẽ ĩstituẽtes: sed ẽt docti ĩtellectũ erudiẽtes: ut oñdemus: Nã q̃ntum ad mores ptinet & liquebit in processu: & ẽt nobis patebit si aduertamus Cõcessũ fuisse Christianoꝝ oĩum ab exordio nascentis ecclesiæ nihil magis ad bene beateq; uiuẽdum conducere q̃ frequentẽ lectionẽ diuinoꝝ eloquiorũ: iudicauitq; Antonius (ut Athanasius in eius uita prodidit) ad omnẽ mandatoꝝ disciplinam diuinas scripturas posse sufficere: Plures rõnes se ad id mõstrãdũ offerunt: Sȝ nolo eẽ ꝓlixior ĩ re nõ dubia: Suopte ĩgenio & absq; aliis adminiculis ueritas hæc se se exerit in lucem: Ad hãc notitiam diuinorum capescendã ueteres theologi oẽs exhortantur: Huic iuniores Innocentius Ioãnes Gerson aliiq; nõnulli assidue monent incumbẽdũ: & nõ modo his q ex officio ad id negocii sunt obnoxii ut sacerdotes & clerici: Sed omnibus cuiuscunq; gradus & ordinis extiterint: & iure quidẽ: q̃m

nullus ab hoc officio imunis est q.s.pro sua ingenii uiriumq facultate & sibi & aliis non debeat esse adiumento.

¶ Sacras litteras superare omnem doctrinam gentium etiã ipsarum testimonio. Cap.ii.

NAM si utilitas in doctrina nihilq detestandũ magis ignorantia ueritatis:omneq sciam p se bonã esse expectendamq & rationes probant & sanctorum hominum confirmãt auctoritates Cur somniculosi adeo & inertes sumus in euoluendis diuinis eloquiis omnem scientiam eloquentiamq gentiliũ eminẽtissime ẽt præter id quod ipsis peculiare ẽ continentibus atq etiam ipsarum gẽtium testimonio superantibus? Quis unq̃ phĩs de rerum natura absolutius Mose tractauit? Quis sapiẽtius atq prudentius: Quando & rudis & subtilissimus quisq ex eo hauriat pro suæ mentis captu: Quod nemini unq̃ scriptorum gentilium cõtigit. In quo historico ueriores deprehendes historias q̃ in diuinis eloquiis: Vbi de amore enucleatius ardentius diuiniusq scriptum reperies q̃ in psalmis in canticorum canticis: Quæ nã moralia præcepta copiosiora consumatioraq uisunt q̃ in Exodo in deuteronomio in solomoniacis dogmatis: & demum in euangeliis: ubi exquisitior ars rhetoricæ non fictæ & clamistratæ: sed uere q̃ in Prophetis q̃ in Paulo apostolo conspicitur. Hinc didicere qui habiti sunt inter gẽtes sapientissimi: unde exclamat Tertullianus Sophistas poetas phĩos de prophetarum fonte potasse: qđ certe multi sunt confessi p̃sertim platonici: qui semper hebream disciplinam imitati sunt: Numenius phĩus ꝑtulit nil aliud esse Platonẽ q̃ Mosem attica lingua loquentem: Hermippus Pythagoricus attestatus ẽ Pythagoram plurima in suam phĩam de mosaica lege transtulisse scribit per ipatheticus clearcus in libro đ somno Aristotelem ipsum a Iudeo quodam multa didicisse

Celebratum illud dogma nosse se quemq; non ne(ut etiam i libris superioribus mensibꝰ A nobis editis de morte Christi & propria cogitanda meminimus) ex Moysi deuteronomio sumpsit exordium: q̄q̄ & chiloni & Thaleti oraculoq; Apollinis ascriptum ē. Mitto qd Eusebius Augustinus Ambrosius asserant de acceptis a phorum turba ex ueteri testamento sententiis: Quod etiam de nouo plurimi hauserint non difficile esset probatu quando Amelius ille Plotini discipulus quã q̄ inimicus & infensissimus religioni Christianæ Theologiaꝫ Ioannis euangelistæ sequi prorsus uidet̃ cuꝫ inquit: Atq; hoc erat illud uerbum per quod ea quæ facta sunt fiebant Quum tamen semper essent Quemadmodum Heraclitus uoluit: & p Iouem Barbarus ille censet in ordine dignitateq; principii constitutum apud Deum esse & deuꝫ esse: & per ipsum oĩa facta esse: & in ipso quod factum ē: uiuum & uitam & ens fuisse: Hæc ille Qui ueritatem lꝫ inuitus negare nõ potest eius: quẽ tanq̄ hostis barbarum appellat(ut Bessarion ait)sententiam probat & accipit fidem: Sed si ad ipsam lectionem Bibliæ ac ceserimus auctoritates ad ostendendum quod uolumus non desiderabimus: Quando ibi cumulatissime deprehendemus uberrimam non solum doctrinæ omnigenæ sed etiaꝫ eloquẽtiæ segetem: Et sane q̄to id magis considero tanto mihi colliquescit apertius. Legebam superioribus diebus forte p otium tusculanam illam Ciceronis quæstionẽ ubi maximo effert p̃conio uerba Aeschinis aduersus Demosthenem inuehentis tanq̄ magnam & uim & artem continerent: eaq; diligenter examinaui: Nec multo post tempore desumpsi in manus Esaiã pphetã hebreo populo minãtẽ: Nulla fere similitudo: Adeo hic uehemens sublimis copiosus resonans terrorem ĩcutiens & ueram artem undiq; spirans: Quænam rogo comparatio inter oratoria illa tela ipsius æschinis & Demosthenis aut alterius cuius alterius oratoris a fabulosa Græcia celebrati & hæc nostri prophetæ uerba: Audite cæli: Auribus percipe Terra: Quoniam Dominus Loquutus est: Filios enutriui & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me: Cognouit

Liber d̃ morte xp̃i & ppria cogitãda.

qd Amelıꝰ de Ioãne euangelista.

Esaia pp̃he ĩdicẽdo uis

bos possessorem suũ & asinus psepe domini sui: Israel aũt me non cognouit: & populus meus nõ intellexit: Veh genti pec catrici populo graui iniquitate semini neq̃ filiis sceleratis: De reliquerunt dominum blasphemauerunt sanctum Israel Ab alienati sunt retrorsum: sup quo pcutiaȝ uos & quæ sequunt. Illudq; potissimum admirandum totũ uetus instrumentũ cũ aliqua parte noui ex hebreo in græcũ in latinũq; sermonẽ uer sum eloquentiam (quæ in propria lingua sũma ei inest non p didisse etiam in peregrina: Et cuȝ apud nos rudis potius q̃ elo quens oratio eius uideatur uim psuadendi maximã obtinue rit: non mouent nõ psuadent sacræ litteræ (ut scribit Io. Pic9 patruus ad Hermolaum: Sed cogunt agitant uim inferunt le gis rudia uerba & agrestia: Sȝ uiua sȝ aĩata flãmea aculeata ad imum spiritũ penetrantia hominẽ totum potestate mirabili transformantia. Dignum autem animaduersione ẽ Augusti no auctore q; sicut quædam est eloquentia quæ magis ætatẽ iuuenilem decet ẽ ẽt quæ senilẽ: Nec iam dicenda ẽ eloquen tia si psonæ non congruat eloquẽtis: ita ẽ quæ uiros sũma au ctoritate dignissimos planeq; diuĩos decet: Et hac scriptores il los bibliæ loquutos ait nec ipsos decuisse alia nec alios ipsa: Eisq; auctoribus ubi ipsos intelligit nihil non modo sapienti us sed nec eloquentius uideri sibi asserit: Neq; artem ullã di cendi eosdem affectasse: sed sapientiam ipsam de domo sua. i. de pectore sapientis procedentem tãq̃ inseparabilẽ famulam etiam non uocataȝ sequutam eloquentiam: Tantum profe cto abest ut lænocinia dicendi fucatasq; orõnis illecebras sa cra sibi procurent eloquia: ut nihil oderint magis: Demetrius phalereus (ut Eusebius Pamphili octauo euãgelicæ præpara tionis libro auctor ẽ) a theopompo audisse affirmauit nõ nul los cæpisse quædam a scriptura hebraica translata græca ora tione exornare: & illico magna turbatione perculsos magno studio Deuȝ orasse ut scirent cuius rei gratia id sibi accideret: Audiuisseq; p somnium: Quia res diuinas lænocinio orõnis inquinarent: Et theodotum tragœdiarum scriptoreȝ lumini bus captum: cum non nulla a iudaica scriptura ad fabulã quã

Q d Io. Picus d sacris litteris.

Q d demetrius phalereus de sacris lr̃is

dam transferre uellet: Idem capio se docet ipsos philosophiæ principes & sequutos hebraicam disciplinam & illã sũmis laudibus extulisse ut pote præcellentem atq; primariaʒ. Nec certe mirandum si reuelata deitus mysteria hominũ placita lõge trãscendunt: Quãdo ea ab luce in accessibili descendentia perspicuis ingeniis suiq; capacibus se infuderũt: Quæ postea utilitatis publicæ causa diuinoq; iussu inuulgarunt: Eam autem phiam quã homines in ignorantiæ tenebris degentes uestigarunt & multa etiam cum nube sparserunt in populos multuʒ subsidere perspicuum ẽ. Naʒ ipsius auctores quãq̃ aliquo naturæ lumine adiuti uiderẽt: plura tamen coniectauerunt q̃ uiderunt & naturæ infectæ uitio debilitati & propria supbia caligantes.

¶ Omnes humanæ philosophiæ principes moribus maculatos & doctrina aberrasse: solos diuinarum litteraruʒ auctores ueridicos fuisse. Cap. iii.

CAeterũ fides non mõ maior sed nec par scriptoribus ullis hñda ẽ q̃ iis: qui diuino instinctu sacras litteras nobis tradidere cuʒ soli emaculati fuerit mẽdaciis: Nec scriptores gentium ulli extiterint de quibus illud thebani cebetis uere proferri non potuerit Bibisse omnes errorem alios plus alios minus Quis. n. phorꝝ nõ aliquãdo mentitus ẽ nõ decursu aliquo tẽporis fallax deprehẽsus: de his qui ante Aristotelem fuerunt facile peripatetici fatebuntur platonici quoq; multi quãq̃ iuratissimi cõmunionẽ in Re. p. feminarum (ut alia mittã) male defendunt: Alii confugientes ad mystica sensa: Alii lr̃æ textu nitẽtes ut paulo ante in Bessarione uidimus explicare se nequeunt: De Aristotele uero (ut eubulidẽ Milesiuʒ ipsum taxãtẽ epicurũq; taceaʒ) potest ne defendi de necatione mõstrosi puerperii ẽt ab Auerroe: Qui dum eũ nunq̃ errasse dicit in errores ipse manifestos labitur: Nec nũc an iuste a Galeno & a Auicẽna taxatus sit perc cunctabimur. Ipsius Auerrois inspiciamus isaniam: Et ne cõ

Eubulides & Epicurus i Aristotelẽ

Error Auerrois.

fugiamus ad intellectus unitatem parum ne ipsius deliramentum ē cum scribat in physicorum proœmio nullum in Aristotelis dictis inuentum errorem & ipse metheorologicos ipsius libros interpretans asserat esse falsum non reperiri iridem maiorez semicirculi figura Quod Aristoteles affrimat sociumq; suuz contrarium uidisse ait & q̄q̄ (forte ne sibi contradixisset ueritus) conatus est phi uerba alio flectere ut uz non semp sz fere semp id esse intellexerit ipse tñ Aristoteles excusari se nō patiť q de huiuscemodi re ualidissimam demonstrationem attulisse autumauit asseueranter affirmans nunquaz iridem circuli figuram equare sed nec semicirculi superare quod fide ipsa experientiæ non solum priscis petita tēporibus sed etiā nr̄a tēpestate ꝯprobata refellitur qa dū semel Auerrois cespitasse formidauit iterū & quidē impudentius lapsus est. Meminisse

Ioanes mainardus

puto adhuc Ioannem Mainardum nostrū uirum certe tā probis moribus q̄ sua doctrina p̄stantem dum mecum iret Florētiam secundo ab hinc āno uidisse nos iridem fere circuli rotūditate: Risisseq; simul super Aristotelis erroreq; & Auerroys mendatio. Auicēna quoq; errauit ī multis: si Auerroy & aliis q̄ plurimis credimus oēs aūt diuinoꝝ libroruz auctores etiaz ab inimicis ueridici habiti sunt: Verum cū plurimum referat auctoris uita uel ad arrogandam uel derogandam eius dictis fidem uideamus q̄ laudabilem uixerint uitā gentiles phi: Cre-

Probis hōibus magisq̄ reprobis ueritatem illucescere

dendum ē enim mea quidem sentētia magis probis hominibus ueritatez illucescere q̄ reprobis Tū q; eorum ingenia magis peruia sunt diuinæ luci omnis autē ueritas quædam diuinæ lucis similitudo: Tum q; distortis affectionibus non corrumpuntur eoꝝ iudicia: unde uidemus etiam uulgo plurimū fidei haberi his quos integræ uitæ fama cōmendat: q̄tum bibliæ auctores etiam testimonio aduersarioruz moribus excelluerint apud Eusebium pāphili ē uidere: Sed quis oro gentilium non moribus inquinatus & probris etiaz publice lacescitus: Primo q̄ntuz ad religionē ptinet Deorum plurium cultores fuere & licet diuersæ sup hæc sententiæ legimus tñ Aristotelē Iunoni Sospitæ & Ioui seruatori pro salute Nicanoris

coluisse plures deos gētiles phos

uouisse statuas: Platonem patera Diis sacrificasse: Socratem quoq; eodem errore íuolutuȝ: Quinimo Aristippus auctorē ipsum Aristotelem fœminæ quā deperibat ueluti Athenienses Cereri eleusinæ solebant sacra fecisse: Platoni puerorum obiectos Amores & prius socrati legimus in quem tāq̃ in adolescentium corruptorē sententia lata est: cuius parteȝ Tertullianus a se lectam narrat si igitur q parentes philosophiæ habebātur & qui sapientissimus oraculo Apollinis censebatur: Aberrauerunt: Quid de aliis iudicandum? Apud Romanos etiam Cato citra controuersiam sapientis nomen obtinuit: Qui tñ & in ipsa naturæ lege exorbitauit: Nā & ipse & Socrates mulieres in cōmuni habendas esse decreuerūt: De quibus florens ipse in apologetico ꝓ fide Christiana aduersus gētes íclamat o sapiētiæ Atticæ o Romanæ grauitatis exēplū: Læno ē phus & censor: Quare siue ipsam in se doctrinam siue auctorum mores & ingenia a mendaciis custodita pensemus sacræ litteræ mirum ímodum doctrinam Gentium excellunt: Quod adeo ꝑspicuuȝ apparuit ut ipsi phoꝝ duces & secuti eas sint & admirati.

Obiecta illis publica crimina

Philosophantium fines quatuor reperiri: Quoruȝ unus tm̃ laudādus. Cap. iiii.

Postq̃ de utraq; phia tractauimus: humanāq; diuinæ deseruire docuimus: eamq; excolendam eē etiam consensu gentiū oñdimus: nūc quo fine utraq; tractanda ē mōstrādum: postea qs optimus eoruȝ usus spectādū: Nā & si initio primi libri uiderimus oēm sciaȝ notitiamq; ueritatis bonā esse p se mala fieri posse ex accidenti eoꝝ modoꝝ quos numerauimus in eis quæ ꝑperā agi oñdimus aliqui rectum finē spectabant licet alio fine in quē uoluntas propensius ferebaẗ distraherēẗ: pōt. n. qspiā pp Deuȝ tm̃ eiusq; honorē & gloriā & sui ꝓximiq; utilitatem litteris icūbere: Qui tñ appetitu íterim male sano deflectet e semita: & eo cui necessario incumbere debet posthabito aliud quippiaȝ excollendum desumet: Nunc de philosophantium finibus per se tractādū. Potest homo meo iudicio multipharīaȝ suam de

litteris notitiam aut iaȝ habitam aut quæsitam dirigere: i Deum ꝓximum & se ipsum: In se autem triphariam aut ad bona aĩ ꝑmanẽtia ut sciat tm̃: aut apparentia: ut gloriam captet: aut ad externa ut pecunias diuitiasq; congreget. Horum finium. Bernardus in cantica canticorum meminit Dicens esse quosdam qui scire uolunt ut sciant: Alii ut scientiam uendãt alii ut sciant: Alii ut ædifficent ædifficenturq;: Intentionẽ hominũ primi ordinis curiositatẽ appellat: secundi cupiditatem tertii turpẽ uanitatẽ: Quarti charitatem atq; prudẽtiã.

Decipi eos qui finem studiorũ suorum in lr̃is aut scĩa aut lucro posuere. Cap. V.

FAlli aũt oẽs ꝑter illos: qui in Deuȝ suã sciam ordinant nõ difficile ẽ mõstrare. Et primo de eis q aut lucri cupiditate ducti aut solo amore sciendi in doctrinas se ingurgitãt dicendum. Is animus q creatarum reꝝ notitiã atq; etiam creatoris p sensuuȝ uestigia quærit in eius adeptione nõ stabilit: Ampliore enim dei cognitione opus est & ꝑterea Amore speq; perpetuo fruẽdi ipsius: Et sicut naturales effectus si suis causis non substent uirtute propria destituunt quando amittunt influentiam eam qua ab iisdem causis tutant augent & conseruant: Ita aĩa quæ a Deo nõ modo in fieri sȝ etiam in esse (ut uerbis nostrorum utamur theologorum) dependet si ipsi non substet imo quãtum naturæ sinit capacitas assimilare se conet opere suo frustrat: In eũ enim semp & cognitione & amore tendere debet: si quietem nãcisci cupit. Quappropter Augustinus aiebat fecisse nos de um ad se: & inquietũ esse cor nostrũ donec in eundẽ requiescer emus: Quies autẽ hæc non tãtũ ad intellectum ptinet: sȝ ad ipsam uoluntatẽ qua p amorẽ ei cõiũgimur: Nã si effectus pfectio in assimilatione causæ consistit Infinito aũt Dei amore creatura ꝓducta sit sequẽs est ut amore in ipsum tẽdat anima si qete & pace donari beariq; desyderat: Quare scĩa p se amore destituta tantũ abest ut nostrum sistere pacareq; aiuȝ possit

Inde amando qescem Animã.

Sciaȝ sine amore Dei nihil ꝓdesse

ut etiam sit cã φ semp̄ æstuet & fluctuet & eo magis cuȝ adeo sit noster intellectus imbecillis: ut nihil fere sciat ꝯparatione eorum quæ noscere auet: Atq ad ea quæ sunt scitu dignissima percallenda noctuinis ut docet Aristoteles oculis cæcutiat: Magis autē exorbitant qui litteris quasi mercatura utuntur: ut pecunias congregēt & mercenarium faciunt studiuȝ sapiē tiæ. Dirigunt enim ordine p̄postero internum bonū ad exter num nobile ad ignobilius: Horum hominum genere adeo in fectum est præsens sæculum ut sint nonnulli quibus persua deri non potest quēq̄ esse qui ob aliud studiis lr̄arum incūbat q̄ ob lucri cupiditatem Male adeo instituti animo ut non so lum sint boni: Sed nec alios bonos credere possint. Duos enī noui qui ph̄i uocanť quos audiui hanc turpitudinē fassos hoc dedecus non erubuisse euomere: ut quam haberet scientiam mille aureorum numum p̄tio si nō deesset emptor libenter uē deret: & alterum qui etiam se equum esse mallet dūmodo co piosa suppetteret Alimonia q̄ eo uictu uiueř quo degebat: & nihilominus non egebat si metiri indigentiam secundum cō munē extimationeȝ uoluisset non secundum suaȝ insaciabi lem & inexhaustam auri cupiditatem.

Quantum fallanť q ob famam & gloriam apud homines obtinēdam lr̄is incūbunt q̄q misere uitam degant. Cap. vi.

QVantum uero delirēt q ut sciant reputenturq do ctrina p̄stabiles dies & noctes ī uersandis libris an guntur nemo ē qui nesciat: nisi q statum ambitio nis non considerarit: Nulluȝ quippe hominuȝ ge nus tam infœlix q̄ quod honorum ambitu feruet & eorū po tissimū quos litteræ pariunt: Qui enim aut ob diuitias glori am quærit aut sanguinis nobilitate regumque fauore se tol lit in sublime facilius p̄cipit non a se sed ab aliis hoc prouenire nec difficulter spoliari posse amatis bonis: At p̄pria industria proprii ingenii præstantia ad nimium sui amorem hominem stimulat: Quo sæpius hallucinať. Iudicās id ueluti suū & de p̄

Ambitio sos infœli ces esse

prio esse peculio ut nec profectitium nec Dominicum agno-
scat. Decipit autem non secus acii q phrenesi capti aliena oia
sua existimāt: Quid enim habemus quod nostrum sit: Nō ne
cuncta quæ in nobis sunt Dei sunt: Quid ergo oportet se ex
tollere magnificare ostētare: Glorief q gloriat i domino cum
bona cuncta Dei sint nobis sua gratia infinitaq bonitate col
lata: Cæteꝝ quam sciētiam tenemus: Hāc certe si recte senti
mus nullam.s. nos adeptos: nec docti cognomētum recte ob
tinere cum multa ignorātia laboremus: Nisi forte hoc nomē
eorum numero uelimus associare quæ sunt ad alteruz Respe
ctu.s.& cōparatione eorum qui sunt ignorantiores: Quis.n.
docti prærogatiuaz absolute sibi uendicauit: Cū infinita sint
fere quæ nesciat: & ea quæ nouit ptim ab aliis petita sint par-
tim an uere sciat sub dubio teneat: Et hæc de rebus corrupti-
bilibus: De eis uero quæ a materia sūt remota nihil ē quod di
cam: cum ad ea cognoscenda ita se habeat intellectus noster
Aristotele auctore sicut uespertilionis oculus ad solem cōtuē
dum. Maior homini notitia ex diuinis scripturis habef: Cum
in lumine fidei quæcunq in eis propositiōes cōtinenf sint no
tissimæ: Sed demus omnē notitiam quæcūq ab homine ha-
beri potest ei qui finem suæ cognitionis & scientiæ gloriā mū
di posuit. Illāq iam sit adeptus: In ipsa uero & retinēda & au-
gēda quot agones desudādi: quot ineunda prœlia: Sed quæ
intus procellæ tempestatum q æstus plusq̄ marini dum audis
te rodi lacerari modo clam modo apte & a doctis & sæpe etiā
ab indoctis: Qui tuam existimationē penitus cōuellēdaz du
cant: Neq enim si in altum ascēderis hanc luem effugies: sed
magis in eam incides: Cum liuor instar ignis petat alta Feriāt
q summos fulmina montes: Quanto certe magis fastigio p
pinquas tanto magis impeteris. Septem illos sapiētes Quos
Græcia celebrat qui de nomine sapientuz subtilius quærunt
illo non donāt: ut Cicero asserit Socrates postq̄ oraculi sentē
tia sapiētissimus iudicatus ē tātā in se conflauit calūniam ab

Quanto qs sapiētior tā to magis i- petitur

eis q sapiētes se credebāt:ut hac ēt cā morti additus sit: Aristophanes in ipsum inuexit: Melitus accusauit de impietate & Corruptela adolescētuꝫ & postea ad iudicatus ē morti: Zeno scuram atticum uocauit usus latino uerbo: Plato quotiēs ipe titus: Quotiēs non tam ī moribus q̄ in doctrina morsus & flagellis cæsus: Vnde Platonomasticorū nomen: Nā ut de Aristotelis in eum rationibus taceam quid Epicurus Metrodorus & alii in ipsum sparserunt: Aristotelem cū Eubulides Milesius tum alii reprehenderunt: Epicurus uexauit & quidē cōtumeliosissime ut Cicero īquit: Qui etiam Nec Pythagoræ nec Empedocli pepercerat. Contra Theophrastuꝫ admirandæ eloquentiæ uirum Leontium Meretricula scribere ausa ē ꝙ atticus homo nimis atticissaret Cicero in ipso sermone qui tantopere laudatur & dum uiueret a Bruto a Salustio ab aliis & post mortem etiam reprehēsus a multis: Qui se Ciceronomasticos nominabant. In uita. n. semp cōtradictores hñt etiā qui celebriores habent̄. Apud ueteres usq; ad Platonis successores sua quisq; tempestate fama preditus habuit æmulum: ut apud Diogenem in Socrate est uidere: Nec quantuncunque simultates Dies lenta proscripserit effugiunt scripta celebrium auctorum uituperationem aut contradictionem: Quam uitari non posse nisi ab his qui nihil omnino scribunt fatetur Cicero. Nam de Homero Quem ut Iosephus contra Appionem narrat Græcorum auctorum antiquissimum celebratissimumq; cōstat multa uitia circunferunt̄ cum in oratione tum extra: Nam ꝑter illud uulgatum dormitare eum quandoque ꝑterque Zoili libros ipsum etiam Dion Prusiensis dicato opere persequitur & strenuissimum fuisse dicit ad mentiendum: Nec unquam fuisse a Græcis Troiam captiuatam. Demosthenes qui Ciceronem auctore Fabio quantus est fecit Aurem ipsius Tullii semper non implebat. Quare lr̃is indulgere famæ celebrioris gloriæ captandæ gr̃a ī uita ualde miserū: ut docuimus: Cū sēp male audias: Q̄d his q se

Nō obtiet famā auctor uiuēs extra controuersiam.

Nec obtiet post mōtē

sapientes existimant suppliciũ ē ītollerabile. Si uero post mortem miserrimũ: nã mitto q̃tũ nihil ad te ptineat quid de te homines sentiant cũ excesseris e uita: Illud non negandum ꝙ sẽper ut uidimus etiam mortuus in cinereꝗ redactus discerperis: Sed sæpe etiam tua opera perdunt̃ & nomen obliterat̃: In Homeri poemate reparando multi laborarunt: Nam illæ suos uersus non scripsit: Ab aliis postea notati uarie tamẽ & mẽdose: Quod ut in unum redigerentur Pysistratus Atheniẽsis curauit proposita mercede ut ad se ferrent̃: Ascitisꝗ grãmaticis alii a familia sũmoti Alii asterisco notati alii abelisco cõfossi sunt: Et forte si ille a mortuis excitaret̃ suos nõ agnosceret. De libris Aristotelis quot penitus amissi: & hi q habent̃ quõ īterpolati & q̃ prope fuerunt ut pderent̃ cum infossi terræ neglig̃eterꝗ sunt habiti auctore Strabone priusq̃ eos Appellicon teius magna mercede cõparasset & syllæ tẽporibus Romam asportati fuissent. Sed de ipso etiam nomine auctoꝝ nõne cõtrouersia? celebrat̃ orpheus eiusꝗ Hymni prædicant̃ a multis: & nihilominus Cicero in libris de natura deoꝝ nunq̃ fuisse orpheum dicit auctore Aristotele: & qui eius noīe prætitulati uersus circunferunt̃ secũdum Pythagoricos Cuiusdaꝫ fuere Cerdonis. Hæc de gẽtilibus philosophis. De Christianis uero theologis quis nescit & inter eos etiam fuisse controuersias ueteres dico? Atꝗ ut alios mittam Quotiẽs Hieronymus de suoꝝ canum latratibus lamentatur: De neotericis nihil ē q̃d dicã cuꝫ libri eoꝝ pleni sint certaminibus: & præter id quod in his quæ ad sacraꝝ litteraꝝ canonẽ ptinẽt oẽs cõueniunt: In reliq̃s quot capita tot fere sententiæ: & qui ueritate magis nitunt̃ magis oppugnant̃: Tũ ꝙ oĩa iudicia recta nõ sũt: Tũ ꝙ falsa interduꝫ probabiliora ueris ut docet Aristoteles. Itaꝗ nullus a reprehẽsiõe uel iusta uel iniusta oĩno īmunis: Sꝫ & quæ ẽt suapte natura sunt uera ob intellectus īfirmitatẽ magis credunt̃ q̃ sciant̃: Adeo ut de Aristotele qui quõ fieri demonstrationes oporteret duobus libris edocuit dubitet̃ a multis an uere ille unquam ullam effecerit potissimũ in naturalibus: A multis scio negari. Laboramus profecto multa igno-

tantiæ caligine: Nam quotus quisq; reperitur q eum cui ē ad ditus auctorē non celebret sæpe aliis posthabitis: ipsumq; tan tū ex antro heracliti aut Democrriti puteo ueritatē extraxis se nō cōtēdat alio id obstinatissime inficiante. Ioānes Scotus ab eius sectatoribus plurimum extollit & recte cum homo ue geti ingenii fuerit & perspicacis sua inuenta miris laudibus ef feruntur: Distinctionūq; pluralitates (quanq̄ alii ab Henrico Gandauēsi petitas magna ex pte affirmāt) celebrant: Ab eis uero qui Thomæ sunt astricti parui: Ab illis q nominales uo cant nihil pendūt: Adeo ut ab alliacē se scriptum sit impossi bilius sibi uideri ut ostendat rationibus uera esse quæ de plu ralitate ipsa distinctionum afferuntur: q̄ q̄ psonarū Trinitas in una essentia: Quæ fide tantum tenetur certissimis syllogis mis demonstret. Mitto qd celebratissimi uiri in eū effuderint & alii etiam illius auditores: Quare decipit humanu3 genus cum gloriam quærit ex litteris celebrēq; apud homines de se existimationē: Quādo tātū abest ut id assequatur: ut sæpe eti am ob ea ipsa inuēta quibus nancisci eā credit apud multos i pensissime castigationē & flagella patiat. Crediderim ego di uina hoc puidentia pmissum ut id uitiū in quod facillimus es set lapsus is incōmodis sepiret & detractoribꝰ ipsis q̄si molos sis latratoribus stiparet: Qui semp quotiēscūq; nobis occasio ad incurrēdā decipulā pstat nostræ nos infirmitatis admone rēt Baubatus plurimos circūfundētes inuitātesq; quasi dixe ris ex accidēti ut ex litterario negocio asciscere nobis ea pcu remus præcepta quæ inuidiæ morsus effugiant & falsæ opi nionis repugnātiam minime reformident: Hoc ē ut cunctas actiones & opera sicuti & in aliis rebus ita & in litteris perpe trata Deo condonemus: ut nos & alios pro uirili instruamus: Nec quid de nobis sentiatur postea curemus: & tam humana q̄ diuina philosophia ad eius agnitionem capescendam con sequendumq; eius amorem utamur: Quod quomodo facere possimus obiter ac ueluti in transcursu pstringendum.

Quomodo humanæ philosophiæ adminiculo in Dei cō

templationem possumus ascendere. Cap. vii.

Diximus utilem nobis esse utranq; phiaz si ea uti uoluerimus non abuti: Nam humana ope ex ignobiliori omnium entium cõsideratione quasi gradu facto p scalas ad ens (ut inquit Plato) ipsissimum hoc est Deum omniũ entiũ originẽ & causam quimus ascendere rerum naturæ ordinẽ speculantes. Diuino uero adiumento & hæc eadẽ & multo maiora sublimioraq; cognoscimus. Neq;.n. hic a me expectari uolo q̃ diuinus Dionysius in libris de Mystica theologia & de diuinis noibus quæ Augu. decimo confessionum copiosissime scripserit: Quid Bonauẽtura pluribus in locis presertim in mentis itinerario monuerit Quid Ioãnes Gerson ĩ plerisq; suaꝝ lucubrationuz Quid alii Multi Quid Ioannes Picus in quinto capite tractatus de ente & uno in quo de gradibꝰ agit diuinæ caliginis nos docuit Tũ in tractatu de humana hiararchia & de uita pfecta de pfectæ orõnis circulo monstrauerit: Quæ nos cum reliqs eius operibus pficere & in publicam dare utilitatem constituimus: Sed quæ quisq; capere facile possit: & sicut mihi ita omnibꝰ hoc pquirentibus ĩ mentem uenisse paucis oñdam. Possumus itaq; cum quid ex corruptibilibus sub obtutũ uenit primã materiã sub simplicibus elementorũ formis elementaq; in ipso cõposito cõtẽplari: Neq; hic pedẽ figeſ rimãtes an ĩ mixto itegræ formæ maneant an fractæ an penitus abolitæ: ut inter Auicẽnam Auerroym Thomam & sectatores celebris ẽ pugna: Sed mixtorum spẽs speculãdæ: An.s. compositũ ipsum animatum sit an inanime cuius aduertere situm motũq; propriũ debemus nec perscrutatione ea impediri a generante remouẽte ue phibens ut Thomas An magis a principio intrinseco ut Scotus uoluit patianẽ impulsum: Verum ad animatorum genera transmeare Stirpes Zoophyta Bruta Rõnalia: Dein ad uniuersi ordinẽ maximarũq; moliũ corpora dirigere mẽtis a-

Modus ascendendi in deum ex rerum creatarum cosideratione

ciem: Cernere terram libratam ĩ medio & a quæ spherã ipsaꝫ
uallantem quasiq; obruentẽ: Aeremq; aquas complectentẽ:
Atq; ignem ea omnia continentẽ: Postea ad Cælos acumine
cõscendere ingenii motricesq; intelligentias inde ꝑscrutari ea
rũq; naturã ex animæ nostræ proprietatibꝫ aliquãtũ cõiicere
ꝙ incorporea infatigabilis ꝙ ens apprime nobile: ex quarum
uestigatione & potentiæ & actus mixtionem ipsamq; depen-
dentiam ꝑpendentes Ad sublimẽ primi entis cõtẽplationem
ꝑuenimus quasi nos in totius fastigio collocantes Inibiq; spe
culamur ꝙ rerum omnium origo & causa: ꝙ ab eo dependẽt
omnia ipse a nullo Incorporeus æternus infinitæq; uirtutis:
Descendere postea ꝑ hæc omnia ad nos possumus: Quos ꝑ
ticipes omnium fere entium esse cognoscimus ipsum esse cuꝫ
inanimis cõmune sortitos nutriri augeri generare cum plan-
tis: Sentireq; cum brutis: intelligere cum separatis illis a mate
ria mentibus & a colluuione contagioq; sublunarium rerum
penitus eximiis: Quibus omnibus ꝑceptis summum omniuꝫ
rerum opificem creatoremq; & uenerari & instinctus naturæ
sectantes diligere inuitamur: Aliisq; qui cum nobis eandem
speciem sunt sortiti benefacere neminiq; nocere: Huc usq; na
tura duce ꝑueniri potest. Verum truncata hæc & imperfecta
de Deo cognitio comparatione reuelatæ nobis deitus sapien
tiæ: Quãdo & hæc eadem ibi continentur & alia postea cum
multa tum maxima: ad quæ ꝑ naturæ uestigia progredi non
datur: Sed suꝑno duce Lumine uidelicet illo cui nititur Chri
stiana fides tuto peruenitur: Quo obtento prioribus illis ad-
miniculis non egemus: Quandoquideꝫ ea omnia ipsius ope
noscimus & quidem eminentius: Sed & emolumentum opor
tunum inde ineruditi naturalibus rationibus & eruditi fide ca
piunt & in hoc potissimum omnes alias doctrinas excellit:
Quoniam & fidei & amoris alis cacumina illa ad quæ philoso
phi gentiũ reptantes peruenerunt docet eminẽtissime trãscẽ
dere.

Q uõ phiæ diuinæ ope ad Dei cõtẽplationẽ pueniat̃ & p fectius q̃ humanæ dũtaxat adiumẽto. Cap. viii.

CVm itaq; sub exiguo naturæ lumine caligaret hu
manũ genus Libri illi bibliæ quos canonicos ap=
pellamus promulgati sunt: uetus primo testamen
tum paulatĩ; decursuq; tẽporis aliquo nouũ; :qui
duo unus tamẽ liber dici possunt: quippe cum recẽs instrumẽ
tũ sit antiqui consumatio: In quo omnia in figura continebã
tur umbris & uelamentis pluribus adumbrata: Donec nouo
fulgore collustrarentur. Hæc ẽ lucerna quam si pficiscẽtes p
huius tenebras sæculi & umbras mortis gressibus adhibueri=
mus & supnam patriam quãq̃ de longinquo per speculũ uide
licet & in ænigmate uidebimus: & offendicula quæ in itinere
partim patent ptim latent deuitabimus. Exorditur hic liber a
creaturarum creatione: Finit in consumatione Docet Quõ p
Dei bonitatem in esse effluxerũt: Q uõ in eundẽ redeunt: Et
quõ rationalia quæ recto itinere pcessere p fœlicitatem testẽ
tur misericordiam. Q uõ quæ exorbitauerunt obstinate p sẽ
piterna supplicia testent̃ iusticiam quia uniuersæ uiæ dñi mi=
sericordia & ueritas omnia hæc reuelata: Exordiũ scripsit Mo
ses: Finẽ Ioãnes euãgelista: Vbi primo natura defecit puidit
gratia: Nã ut paulo ante docebamus nr̃a cognitio ubi ad pri=
mam causam quatenus omnium causa pgressa ẽ canit recep
tui: Relinquitq; sub dubio æternitatem mundi: sup qua Pla=
to & Aristoteles Auicẽna & Auerrois cu; sectatoribus digla
diãtur: Qua sublata maxima quoq; diuinæ bonitatis notitia
corruit: Prouidit aũt gr̃a Cũ p hæc uerba diuino iussu Moses
intonuit In principio creauit Deus cælum & terrã: In quibus
uerbis continet̃ qcquid ex tota illa uestigatione per entiũ gra
dus nancisci dat̃: ut apud Multos est uidere: Sed si quis nouo
& eminẽti mõ id sciscitari cuperet lecta Ioãnis Pici patrui hep
taplo nihil desiderabit: Mira profecto diuinæ scripturæ pro=
funditas stupẽdus ordo Q ñ nõ solũ p Bibliæ ordinẽ discur=

rentes ex quibuscunq; libris sūmas in Deum contēplationes eruere poscimus: Sed nec ē cuiuscūq; libri tā parua portio ex qua non def (mō simus capaces) excerpe quicqd docet humana phia: Additta ēt nū magna religionis capescēdæ formandæq; uolūtatis facultate & hoc postremo munere mundi supat sapientia nec aliquod tā paruum in ea caput reperire possumus (Si modo in ea aliquid parui) quod nos ad Dei cognitionez eleuatos nō illuminet & illuminatos accendat. Cæterum ut etiam meminimus in diuinis eloquiis hoc pcipuum φ ad intelligentiaz in eruditorū se demittunt Adeo ut miros archanosq; sibi ex eis intelligentiæ haustus accumulent. Notum illud de beato Francisco a Theologis quibusdam prolatum eius uidelicet Theologiaz cælū trāscēdere suā aūt humili gradu reptare terrā: Quā tn̄ uir diuius & Christi amore Mirum imodū Flāmatus nō de cōmētariis Thomæ aut Scoti q nūdū nati fuerāt: Sz de diuinis lr̄is diuino amore examinatis eruerat. In fide igit xp̄i i primis fortiter stādū: Qua duce Deum uersus pegrinari tuto possumus p iter sacris eloqiis q̄si uiuis lapidibus stratum ad ipsam petrā: Petra autē Xp̄s ē: Qui sui amatoribus seruatoribusq; pceptorū sempiternā fœlicitatē & repromisit & tribuet.

DE HVMANAE ET DIVINAE PHILOSOphiæ Studio Libri secūdi & ultimi Finis. Impressuz Bononiæ p Bn̄dictū Hectoreū bibliopolā Bononiēsez. Anno Domini. M. CCCC. LXXXXVII. Die. xx. mēsis Iulii.

REGISTRVM Huius Operis

a b c d e f g h i Oēs sūt qterni. DEO GRATIAS.

Vt oꝑa hæc emaculatiora exirent in publicũ annotata ſũt q̃dã libra
rioꝝ errata: Reliq̃ q̃ uel nullius uel minimi ſunt momẽti ꝑ te lector cor
rigere facile poteris ut punctoꝝ cæteroꝝq; ad orthographiã ꝑtinẽtiũ.
In ſecũda charta facie pr̃ia faſtidiãt lege faſtidiat. in. 4. car. f. prima me
ditanti aſſidue. l. meditãtiq; aſſidue. in car. 5. fa. p. q̃ concito. l. q̃ conci-
to. in car. 5. fa. z. præ rebus. l. rebꝰ ibidẽ fugit gradũ. l. figit gradũ. ĩ car.
6. f. p. rerũ. l. ueꝝ. in car. 6. f. z. ſi ualet. l. ſi uidelicet. in car. 7. f. z. frui ꝑfe
cta. l. frui ꝑfecte. in car. 8. f. p. reꝝ ſpeciẽ. l. reꝝ ſpeties. in car. 8. f. z. dectle
atione. l. delectatiõe. ĩ car. 9. f. pr̃ia actibꝰ. l. artibꝰ. in car. 9. f. z. paciſcũt
l. paciſcit. ibi re diuĩa. l. ut diuina. ibi iſtar. l. inſtar. ĩ car. iz. f. p. minus illđ
l. munus illđ. ibidẽ materia difficillima. l. materia diſſimillima. in car. iʒ
f. pr̃ia. hoc minuſ. l. hoc munus. ibidẽ ſit ut. l. fit ut. in car. iʒ. f. z. quidpiã
in ſui. l. q̃dpiã in fui. ibidẽ rei q̃. l. rei ẽ q̃. ibidẽ intuemur. l. intueamur. in
car. i4. f. p. ens. l. eius. in car. i5. f. z. capeſcẽdũ. l. capeſſendũ. ibidẽ diſci-
pulũ. l. diſcipuli. ibidẽ recẽs. l. recẽtis. in car. i6. f. p. magificare. l. magni
ficare. ibidẽ niſi ꝑ prius. l. niſi q prius. in car. i7. f. p. ꝑalliis. l. ꝑaliis. car. i9
f. z. nobis magnoꝑe. l. nobis magne. ibidẽ delicatũ. l. dedicatũ. car. zo.
f. p. hic locũ. l. hic locus. ibi amos. l. annos. car. zo. f. z. replet. l. replẽt. ibi
dẽ minimũ ait. l. ñ minimũ ait. car. zi. f. p. flutuet. l. fluctuet. ibidẽ traha
mur. l. r̃trahamur. car. zi. f. z. cupiditas. l. cupiditates. car. zz. f. z. inſi-
nuat. l. inſinuat. car. zʒ. f. p. utroq;. n. aĩa. l. utroq; aĩa. car. z5. f. p. dimiſe
rit. l. dimiſerint. car. z5. f. z. temperãtũ. l. temperatũ. ibidẽ ultro hanſto
l. ultro hauſto. car. z6. f. p. illius domeſtica. l. illis domeſtica. car. z6. f. z.
deliret amiſſis. l. deliret amuſſis. car. z8. f. p. ex uuis. l. ex uiuis. car. z8. f.
z. de poſens. l. depoſcẽs. car. z9. f. p. daret. l. daret. ibidẽ eoꝝ magnitu-
do. l. eorũq; magnitudo. car. ʒi. f. z. unde opitulat. l. unda opitulat. ibi
inuiteq;. l. ĩuitet q;. car. ʒz. f. p. celebritas. l. celeritas. car. ʒz. f. z. mottal
l. mortalis. ibi deberẽt. l. debeãt. ibidẽ ãnumerẽt. l. annumerẽt. car. ʒ4.
f. p. & expugnet. l. ut expugnet. car. ʒ4. f. z. quo. l. q̃uo. ibi lãguẽtiſſimũ
l. languentiſſimo. ibi in deriſu. l. in deriſum. car. ʒ5. f. p. parati. l. patrati.
ibi ſuꝑos. l. ſuper eos. ibidẽ inſtruere atq; inſtitueret. l. inſtrueret atq; in
ſtitueret. car. ʒ5. f. z. ob factorẽ. l. ob fetorẽ. ibi deuoluerẽt. l. đuoluerẽt
car. ʒ6. f. p. frequẽtes. l. frequẽt. ibi hẽricus ſi ſuis. l. hẽricus ſiſius. car. ʒ6
f. z. auaritiæ ſitũ. l. auaritiæ ſiti. car. ʒ7. f. p. ut reſurgeret. l. ut reſurgerẽt
ibi retinere. l. reſidere. ibi fient cõſpicuũ. l. fiet cõſpicuũ. ibi mortales. l.
morales. car. ʒ8. f. p. ſi animã. l. ſi animamur. ibi pullulabunt. l. pullula-
bunt. ibi ad ſuſtentatiõeʒ noſtræ. l. ad ſuſtẽtationẽ naturæ. ibi quo rur

sus.l. qua rursus.car.38.f.z.ipsius auerrois.l.impius auerrois.car.41.f.
p.ad ip̄ʒ prohibentē.l.id ipsuʒ ꝓhibētē.car.42.f.p.accidere noscius.l.
occiderē noscimus.ibi affrenā libidinē.l.effrenā libidinē.ob idē cogitati
bꝰ eiusdē.l.cogitatibꝰ eisdē.car.42.f.z. staturint.l. statuerit.car.43.f.
p.illeqꝫ ꝑcuncte.l.illeqꝫ ꝑcunctis.ibi male cunctas.l.male cōtractas. ibi
castigat.l.castigare.ibi considerandūqꝫ.l.imitandūqꝫ.car.43.f.z. colla
tas in nos.l.collata in nos.car.44.f.p.nihil in aliud.l.nihil ide aliud.ibi
honores ip̄a.l.honores impia.ibi ad hinc.l.ab hinc. car.44.f z. exan=
dant.l.exactāt.ibi auri situm.l.auri sitim.car.45.f.p. si seu posse.l. fieri
posse.ibi fueri.l.fuere.ibi nō nō.dele alterum.ibi par rōne.l.pari rōne.
ibi possunt.l.posuere.ibi ꝯtemplatiōe.l.ꝯtemplationē. car.45.f.z.uer
satus eē.l.uersatus essem. ibi ad te.l.tibi.car.46.f.p.quibus ꝑcellenti.l.
quos ꝑcellēti.car.47.f.p.capescēdū.l.capessendū.car.47.f.z.tātope.
l. toto ope.car.48.f.z.ut cupiat̄.l.ut cupiat.car.49.f.p. deliberar̄ tuto
l.delibare tuto.car.49.f.z.nāqꝫ principale.l. nāqꝫ pricipal̄r.ibi posseʒ
unq̄.l.possē inq̄.ibi ēt nō sūt.l.ēt nā sint.car.51.f.p.sʒ i plurimū.l.sed q̄
plurimū.ibi his quo.l.is quo.car.51.f.z.dogmata ferebāt.l.dogmata se
rebant. car.52.f.p.diuiuæqꝫ.l.diuinæqꝫ.ibi nō nihil fastum.l.non nihil
factum.ibi sed eius ēt.l.sed ei ēt.ibi ostenderit.l.ostenderint.car.52.f.z
auduersus.l.aduersus.car.53.f.p.nō estimat.l.ñ estimāt.car.53.f.z.asci
duus.l.assiduus.ibi ꝓbuere .l. ꝓcubuere.ibi conferire.l.ꝯferre.car.54.
f.z.ex partes.l.exptes.car.55. incūberē.l.incūbere.car.55.f.z. inuen=
dieandis.l.in uēdicādis.ibi multasqꝫ mutuat̄.l.multaqꝫ mutuat̄.car.56
f.p.cauendū unq̄.l.cauendū inq̄.car.56.f.z.damas.l.damasus.car.57.
f.p.romæ ipsum.l.romā ipsum.ibi scacturiat.l.scaturiat.car.57.f.z.pu
tari.l.putarim.ibi apud cæteros.l.apud exteros. ibi uident̄ afferre.l.re
piri.car.58.f.p.sūt prioribꝰ.l.sūt ex prioribꝰ. car.59.f.z. exessit.l.exus
sit.ibi insit.l.insint.ibi laudatissimus .l.laudatissima.car.60.expectent̄
l.expetent̄.ibi ueri deiectā.l.uere deiectaʒibi expossit.l. exposci. ibi illi
eis.l.illi q̄ eis.car.60.f.z. si motaʒ.l.si tam.61.f.p.uideat̄ .l. uidet̄.62.f.
p.inanis gl̄iæ.l.inanis gloria.ibi obnoxia.l.abnoxia.car.63.f.p. domit
tat.l. d̄mittat.ibi cōcessum.l.consensum.63.f.z.p̄his.l.p̄hus.65.f.p.ca
piose.l.copiose.ibi uiderēt.l.uiderūt.ibi a auicēna.l.ab auicēna.65.f.z
quia dū.l.quare dū.ibi erroreqꝫ &.l.errore &.ibi sup hæc.l.sup hoc.68.
f.p.additus sit.l.addictus sit.ibi gl̄iæ captande.l.gl̄iæqꝫ captande.69.
f.p.additus.l.addictus. car.70.f.z. cum itaqꝫ.l.cum enim .

